



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Davidis Regii Prophetæ Psalterium

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

et sermo dicitur. Quia hinc vo  
rum piana voce dicitur. **Officiu**

**S**uper Summa **babyl**

lo - als dicitur secundum

et hinc dicitur dicitur dicitur

intra dicitur dicitur dicitur

et dicitur dicitur dicitur

**I**n nomine dicitur dicitur

dicitur dicitur dicitur dicitur

dicitur dicitur dicitur dicitur

possit resistere dicitur dicitur

dicitur dicitur dicitur dicitur

enim fecit omnia dicitur dicitur

dicitur dicitur dicitur dicitur

et omnia que dicitur dicitur

dicitur dicitur dicitur dicitur

Antonius Herrens

Caesariensis

Anno

9600

Th. 5797.

H. X, 18<sup>b</sup>.





DAVIDIS <sup>Gunge</sup>  
REGII PROPHETAE <sup>sunge</sup>  
PSALTERIVM,  
VARIO GENERE  
CARMINIS LATINE  
REDDITVM,

A B

ILLVSTRISSIMO PRINCI-  
pe ac Domino, Dn. MAVRITIO,  
Hafsiaë Landgrauio, Comite in Catzen-  
elnbogen, Dietz, Ziegenhai.  
& Nidda, &c.



EXCVSVM SMALCALDIAE.

Collegij Paderbornensis Soc<sup>s</sup> J. W. 1613.



ILLVSTRISSI-  
MO PRINCIPI DOMINO  
GVILIELMO, HASSIAE LAND-  
GRAVIO, COMITI IN CATZENELN-  
bogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, &c. Domino  
parenti suo omni obseruantiaẽ ge-  
nere colendo.

**I**llustris Guilhelme Heros, pater inclyte Princeps,  
Cuius virtutes secla futura canent.  
Principis esse decus, scio, & ornamenta potentis,  
Vt sciat esse Deum, & sit pietatis amans.

Hoc ego dum meditor, concepĩ mente, Dauidis  
Cantica vel tenuĩ vertere sacra stylo.  
Exemplo monitus, volui tua reddere versu,  
Quæ vates Domino Regius ore canit.  
Successus cœpto dedit implorata labori,  
Sedibus æthereis quæ venit aura Dei.  
Est opus egregium, velut est & Regius Author,  
At mihi dissimili sunt metra scripta modo.  
Qualiacunq; licet sint carmina, tu tamen ista  
Concinnata scias, factaq; Marte meo.

A 2

Inge



Ingenij tenuis specimen, quod cernis: id oro  
Quo decet æquo animo suscipe, care parens.  
Cantica sacra meo quæ cernis reddita versu,  
Ista tui Nati consule quæso boni.  
Sic melos Iliadæ tibi det solatia viua,  
Sic numeres felix secula multa, vale.

T. C.

obsequentis. Filius

Mauritius, Hafsia Landgravius.



DISTICHON DEDICATIONIS TEMPVS  
continens, quo hæ studiorum primitiæ offerebantur,  
anno scilicet ætatis 18. completo.

In Malo sol Vt VlgIntl qVInqVe regresVs  
CVrrlt, age aCClplas CantlCa nostra Pater.



PSALMVS II.

Quare fremuerunt Gentes? &c.

**Q**uare furor exagitat gentes? qua causa tumultus?

Quo populi frustra meditantes dira minantur,  
 Conspirantq; simul proceres cum Regibus ipsis,  
 Interitum optantes Domini summiq; Iehouæ.  
 Enstruit insidias uncto Regi hostis iniquus,  
 Euomit & tales blasphemæ gutture voces.  
 Nos iuuat exosa disrumpere vincula legis,  
 De nostroq; iugum semel hoc auertere collo.  
 Interea Deus ex alto deridet inanes  
 Conatus horum, spernitq; minantia verba,  
 Terribilis donec vox intonet illius, ira  
 Commoti, incipiens stolidos turbare tyrannos  
 His verbis: Regem statui, soliumq; locavi  
 Uncto ad sacrati mihi culmina celsa Sionis.  
 Leges ille meas notas dabit, ille statuta  
 Decretumq; meum vulgabit talia fando:  
 Tu mihi tu natus: tu pignus pectoris huius:  
 Te luce hac genui: patria tu mentis imago,  
 Tu quacunq; cupis pete, nec patiere repulsam,

Hæc

*Heredi tradam tibi gentes, regnaq; mundi,  
Terrarum vt latos habeas, ceu pradia, fines.  
Tu caput obtundes reprobo, tu dorsa malorum  
Percuties sceptro, vindex: tua ferrea virga  
Conteret aduersos tibi, ceu testacea vasa.  
Ergo agite & Reges moniti resipiscite tandem,  
Et vos qui mundi totius regna tenetis,  
Erudienda vni submittite corda Iehouæ,  
Mutatisq; animis summum reuerenter amate  
Laetitia Dominum simul atq; timore colentes.  
Oscula submisso date pectore suauiã Nato,  
Ne noceat: vestris meritis accensus ad iram,  
Inq; via reproba correptos, iure malignos  
Vos perdat mirisq; modis contundat iniquos,  
Nam simul exarsit furor illius, opprimet hostes  
Ipse suos pœnis affectis tristibus vltor.  
Ah miseros Domini qui fulmina tanta meretur.  
Ast qui confidunt Domino bis terq; beatos.  
Felices quorum fiducia nixa recumbit,  
Spesq; animosa vna hac immota rupe salutis.*

PSALMVS III.

Domine quid multiplicati sunt, &c.

Quot

**Q**uot premor insidiis, quam magna ceterua  
malorum

Obsidet, hostilis me exagitatq; manus.

Futilibus spargunt de me conuicia linguis,

Huic est à Domino reliqua nulla salus.

Tu Deus ac scutum mihi, tu protectio firma

Es misero: menti puppis & aura mea.

Tu Deus extollis me ad summum culmen honoris,

Erigis ex imo tu mihi triste caput.

Voce mea ad Dominū clamans effundo querelas:

Protinus hic prona suscipit aure preces.

Securus vigilo, metuens nil, dormio tutus:

Excubias pro me nempe agit ipse Deus.

Non exhorresco tot millia gentis iniqua,

Quot caput hoc cingunt, quot latus ense tegūt.

Surge Deus, miseri nunc tandem suscipe causam,

Namq; tui expecto numinis auxilium.

Maxillis duros colaphos impinge malorum:

Hostis & inuicta contere labra manu.

Conserues populum, prostrato fortiter hoste:

Nos recrea, in te uno est nam sita nostra salus.

PSAL.

PSALMVS IIII.

Cum inuocarem, exaudiuit me &c.

**V**ocem, Deus mitissime,  
Clamantis, oro, percipe,  
Deus meum solatium,  
Succurre gratia tua  
Mibi meisq<sup>3</sup>, mi Pater,  
Admitte supplices preces.  
O vos Tyranni perfidi,  
Quousq<sup>2</sup> me contemnitis?  
O vos maligni Iudices,  
Cur sic amatis friuola?  
O vos potentes subdoli,  
Cur dicitis mendacia?  
An non videtis improbi,  
Suos quòd eruat Deus?  
Sanctosq<sup>2</sup>, quòd miris modis  
Ab hoste sauo protegat,  
Et quod fidelis audiat  
Meas querelas & preces.  
Vos ira ne praoccupet,  
Vestris sed in cubilibus

B

Silete,

Silēte, & hac perpendite,  
Quòd vos deceat iustum Deum,  
Iustis celebrare honoribus  
Fidei speiq̃, quos probat.  
Multi solent sic dicere:  
Quì possit hic ostendere,  
Quid sit bonum ac optabile?  
Quid prosit & sit utile?  
An exul monstrabit vagus?  
At tu benigne respice,  
Ramos tui vultus, Pater,  
Placatus in me dirige,  
Cor letum honore perfice,  
Mentem repleto gaudiis  
Opis tue fiducia.  
Reges licet tu gentium,  
Vino impleas & fructibus,  
Esto tyranni ac Principes  
Opes per amplas colligant:  
Tamen hac ego non expetam,  
Sed tutus altum dormiam,  
Memor quòd es solus Deus  
Adiutor in periculis.

PSAL.

PSALMVS V.

Verba mea auribus percipe, &c.

*Ernen horen mein  
worte, merck auff mein  
rede*

**H**anc audi vocem, Deus, has admitte gementis  
Aure fauente preces.

Accipias placido vultu, quas fundo querelas  
Rexq; Deusq; meus.

*Armen mein bitten  
mein fromig und mein  
gut den ich will fruz die  
beten.*

Manè meos gemitus, quos imo pectore duco,  
Percipe quaso Pater.

*hine fruz wolgetu mein  
simen horen, fruz will ich  
mich zu dir schicken.*

Sole vehente diem, diuini numinis almam  
Flagito pronus opem.

Non etenim talis Deus es, qui turpia dicta  
Et mala facta probes.

*Den du bist nicht ein gotte  
dem so die los wesen zuefolt  
was böse ist blude nicht fruz die.*

Ante tuam faciem non perstat corde superbus,  
Nec mala gesta sequens.

Hostis es infestus reprobis: mendacia digno  
Prosequerisq; odio.

*ich in vnsmerdigen buß  
nicht für diemmen nymen du  
bist si hie allen v balleuten.*

Et falsos pœnis affligens, pectora tradis  
Sanguinolenta neci.

*du bringst die lügenen vnnu den  
hervu sich ynnel an den blutigig  
und falshen.*

Templata ingrediar, bonitas ubi me tua seruans  
Liberat atq; beat.

*ich adre will in  
du kumpst yhen auff  
diem grotte für vnd  
an dem heym diem biltigen  
temple.*

Pronus adorabo tua numina, teq; timore  
Prosequar atq; colam.

B 2

Hostis

*Ipsi autem tua templa petam, tua limina visam  
Confidens animi de bonitate tui.*

*Illic te timidis precibus venerabor adorans  
Cordaq; spem plenus plena timore feram.*



*Hostis ut hac metuens cernat, tu dirige gressus  
Pravius ipse meos.*

*Illius os foetum fraude est & perfida lingua  
Corde venena coquit.*

*Pestifero similis faux illius est q̄ sepulcro,  
Quod patet assidue.*

*Condemna Deus hunc, & vindex irrita redde  
Impia consilia.*

*Sterne rebellantes tibi & abiice, pelle nocentes  
Cætibz aq̄ tuis.*

*Vt pia gens tandem precibus qua confugit ad te,  
Gaudia percipiat.*

*Perpetuo ut celebret dextra, qua protegis ipsam,  
Facta stupenda tua.*

*Hoste q̄ confecto, tandem pia causa triumphet,  
Sint hilares q̄ boni.*

*Quos veluti tectos clypeo Deus ipse tueris,  
Propitius q̄ foves.*

PSALMVS VI.

*Suppliciu. vocat. Domine ne in furore tuo arguas &c.*

*DVM tuus sanit furor astuat q̄,  
Arguas ne me Deus: ira feruet*

Dum

*Dum grauis: ne commeritis misellum,*

*Affice pœnis.*

*Fer salutare, miseri misertus,*

*Mi Deus dextram bonus, osibusq̄*

*Sis meis presens medicina, quæ sunt*

*Fracta timore.*

*Cur Deus tanto spatio relinquis*

*Me, quid obsistit tibi, ne trementi*

*Huic manus mittas animæ, Iehoua,*

*Auxiliares.*

*Ah Pater, conuerso animo in serenum*

*Nubilo, me respice, liberaq̄*

*His malis, motus pietate tanta*

*Quanta tibi vni est.*

*Quippe defunctus memorare tantas*

*Non tuas laudes poterit, nec imo*

*Gratias ullas poterit sepultus*

*Ferre barathro.*

*Sic fleo, sic eiulo, sic granatum*

*Planctibus mœstis lacero meum cor,*

*Vt meum lectum lacrymis madentem*

*Humor inundet.*

*Quid? quod hanc reddit faciem senilis*

B 3

Ruga

Rugā deformem quia ferre probra,  
Hostium cogor mihi acerbiora

Morte minantū.

Audiit tandem gemitus querentis,  
Audiit clemens lacrymas precantis,  
Audiit planctus: procul hinc facesse,  
Impia turba.

Ecquid actorum pudet, o scelesti?  
Et rubor vultus subit? Ecquid omnes  
Contremiscentes fugitis? Repente  
Vertite terga.

PSALMVS VII.

*phale<sup>2</sup>en* Domine Deus meus in te speravi, &c.

**I**N te constitui salutis arcem,  
In te spem posui meam, Iehoua.  
Mittas auxilium mihi salubre:  
Ne me corripiat malignus hostis,  
Ne me dilaniet truci furore,  
Ceu prensas lacerant feras leones:  
Si, Iudex Deus, ista perpetravi,  
Si dextra scelus improbum peregi,  
Si non commeritis malum rependi,

Hostes

Hostes ludificans dolo improbando:  
Sic me corripiat malignus hostis,  
Conculcans pedibus suis merentem.  
Me planè opprimat hostis atq; ludat.  
Vita destruat is decus mea omne.  
Tandem surge Deus potens, & ira  
Formidabilis, hostium furores  
Compesce, argue, reprime ac retunde.  
Reddens officium mihi dicatum,  
Quo functus sine labe sum fidelis.  
Collectis uti cœtibus piorum,  
Rursum gloria fulgeat Iehoua.  
O Iudex Deus atq; Rector orbis,  
Nunc causam adfere quæso iustioris,  
Fac ut concidat ista turpitude  
Prauorum, atq; honor omnis, ut malorū  
Prorsus dispereatq; sordeatq;.  
Iustos laude vehas, Deus, perenni:  
Cordis, iuste Deus, mei recessus  
Et renum latebras probè notasti.  
Tu scutum, èlypensq; fortis, umbo,  
Iustis auxilium, Deus, perenne:  
Vindex perpetuus mali, Iehoua est.

Pœnam

*Pœnam quotidie malis minatur,  
Si non pœnitet illius nefandi  
Peccati: potius iuuat leuare  
Iram, quàm Deus ardet æstuatq̃.  
Ecce ensem exacuit suum Iehoua,  
Arcum viribus en suis tetendit  
Telis mortiferis necem minatus.  
Concepit facinus malignus hostis  
Pregnans atq̃ graui dolore partus,  
Turpem mox pariet leuemq̃ abortum.  
Damnosam foueam piis parauit.  
Et quos ipse aliis dolos struebat,  
Hos in perniciem sui tetendit,  
Ac ipse in foueam incidit dolosam,  
Quàm ceu decipula pios petebat.  
Et sic propria fraus nocebit ipsis  
Ferri, vulnera sentient, dolosi.  
Nunc grates referens Deo benigno  
Eius nomina clara predicabo.*

PSALMVS VIII.

Domine Dominus noster, &c.

Summe

*S*umme Deus noster, moderator maxime rerū,  
*Q*uam tua maiestas, laus, admirabile nomen,  
Et decus à terris omnem super aethera surgit.  
*I*psa tuas lactens profert infantia laudes,  
*R*oboris immensi praeconia concinit ore.  
*V*t malè confusus taceat tuus hostis & ultor.  
*A*spiciens Caelos, Lunam Stellasq; micantes,  
*C*uncta manū sapiens tua quæ monimēta creauit.  
*N*on me contineo, tacitus quin mente reuoluam:  
*E*cquis homo, nisi vilis, humi de semine, massa?  
*Q*uæue propago potest mortalis tanta putari,  
*V*t memor ipsius digneris visere prolem?  
*F*ecisti paulisper eum subsidere Numen  
*I*nfra: à te tamen eximio decoratur honore.  
*H*unc operi, quodcunq; manus tua celsa parauit,  
*P*reficis, illius pedibus simul omnia subdis.  
*V*t tanquam fortis Domini sub iura vocentur,  
*I*n viridi campo pecudes, genus omne ferarum,  
*I*n syluis & aues volitant ubicunq; per auras,  
*A*c ubicunq; natant diffusa per aquora pisces.  
*S*umme Deus noster, moderator maxime rerum,  
*Q*uam tua maiestas, laus, admirabile nomen,  
Et decus, à terris omnem super aethera surgit.

C PSAL.

PSALMVS IX.

Confitebor tibi Domine, in &c.

**Q**uas potero grates fido de pectore promam,  
 Res gestas Domini magnaq; facta canens.  
 It ne laticia fruam, in te latus orabo,  
 Numinis extollam nomina celsa tui.  
 Namq; meos hostes expellis de grege nostro,  
 Et cogis trepidos turpia terga dare.  
 Iniustos punis conscendens, iuste, tribunal,  
 Atq; meam causam protegis, alme Deus.  
 Funditus extirpas reprobos, & nomina deles  
 Horum, posteritas ne memor esse queat.  
 Quae nocuere, iacent hastilia facta, nec urbes  
 Sunt reliqua, periit fama, locusq; simul.  
 At parat aeternus caeleste Iehoua tribunal,  
 Quo populos terra iudicet atq; regat.  
 Est Deus oppressis protectio firma, salutem  
 Fert opportuno tempore opemq; suis.  
 In te sperabunt omnes, quicumq; fatentur,  
 Quod sis adiutor, presidiumq; piis.  
 Isacidum proles summum celebrato Iohouam,  
 Audiat ut populus facta tremenda Dei.

Sanguinis

Sanguinis effusi non immemor ille, sed ultor,  
Pauperis haud surda praeferit aure preces.  
Ne sine ut inuoluat laqueus me mortis acerba,  
Sed mihi succurrens fer miserator opem.  
Adiutus cantem tibi quò praeconia laudum,  
Laudibus ut tollat natio cuncta Deum.  
In foveam incantus, quam foderat, incidit hostis,  
Implicitus propriis perfidus ille dolis.  
Incidit in laqueos, quos abdidit ipse, piorum  
Arte struens fraudes insidiasq; gregi.  
Sic voluit Deus, ut malus, artibus hostibus iisdem  
Quèis aliis nocuit perfidus intereat.  
Ut videant, quòd dextra Dei iustissima verum,  
Iudicium faciens puniat omne malum.  
Ergo trucid tandem turpissima tartara ad Orci,  
Numinis excelsi non memor, omnis eat.  
Deseret haudquaquã miseros Deus, adseret autẽ  
Omnes, qui in Domino spem posuere suam.  
Surge Deus, ne vilis homuncio se efferat: Et ne  
Insultet miseris vana loquendo piis.  
Tu doceas homines, ut quàm sint languida massa,  
Utq; Creatorem, te Deus, esse sciant.



PSALMVS X.

Vt quid Domine recessisti, &c.

**C**ur me destituis, Deus, & cur deseris? hostes  
Dum mea colla premunt.

Quanta nos miseri curarum mole grauamur,  
Dum furit hostis atrox.

Coniungunt vires reprobi, vi, fraude struentes  
Exitium miseris.

Namq; suas turba hac peruersas iactitat artes,  
Vipereosq; dolos.

Se reputans nimium felicem, spernit egenos,  
Negligit atq; Deum.

Haud Dominum, haud mortale genus timet vsq;  
Sic furor hunc agitat. (malignus,

Pergit in hoc reprobo nisu: nil Numinis alti  
Iudicium metuens.

Captos horrendis pœnis crudeliter angit,  
Conterit & pedibus.

Somniat interea: quod possint nulla beato  
Tela nocere sibi.

Non ullis credit se cladibus interiturum,  
Nilq; mali metuit.

Nil

Nil nisi blasphemio mendacia spirat ab ore,  
Lingua malum loquitur.  
Infontem obseruat, pereat quò pauper inermis  
Fraudibus atq; dolis.  
Vt Leo qui pradas obscuro obseruat in antro:  
Sic tacitus latitat.  
Opprimit infontes vi saeva, concutit antè  
Quos violenta manus.  
Robore quippe suo confisus non putat esse,  
Qui regat ista, Deum.  
Esse negat numen: cui sunt mortalia cura,  
Cui mala displiceant.  
Surge Deus, dextra mentes compeſce profanas,  
Sis misericordis memor.  
Nam cur nullius te perfidus aestimet assis,  
Despiciatq; malus  
Concipiens animo, quod non sit tutor eorum,  
Qui pia facta probant?  
Tu cernis miseros angore doloreq; pressos,  
Eripiesq; Deus.  
His, quibus in dextra est spes tota salusq; leuona,  
Auxiliare Deus.

Tu lacrymas miseri abstergis, pupillus egenusq;  
Sunt tua cura, Deus.

Robora confringas reproborum, nomina stirpis  
Perde superba mala.

Tu regnum stabilis, iusso procul ire maligno,  
Fimibus hoste tuis.

Hec sibi certa tenet solatia pressus egenus,  
Quod pia vota probas.

Non dubitans, quin tu miseris & patribus orbis  
Iustitiam exhibeas.

Impius ut ponens tumefacto in pectore fastus,  
Destinat esse minax.

PSALMVS XI.

In Domino confido, &c.

*Psalmus* **I**N forti Domino spem posui meam,  
Cur vos nunc anima huic dicitis impii,  
Quod mens ceu volucris territa transuolet  
Valles ac scopulos, & iuga montium.  
En arcum reprobus tendit, & impius  
En neruo iaculum lethiferum admouet,  
Ut ledat miseros insidiis suis.  
Fundamenta iacent, queis poterant pii

Suffulti

Suffulti reprobos fortiùs aggredi.  
Rebus sed quid agant, quid malè perditis?  
In sacris Deus est adibus, & sedet  
In cœlis, posita est regia splendida  
Regnantis Domini fulgido in athere.  
Intentis oculis acta nefaria  
Oseruat reprobi, Iouaq; palpebris  
Attentis tumidi facta notat mala.  
Iustos atq; pios quippe probat Deus.  
Ast prauos homines odit, & impios  
Pœnis commertis ultor hic afficit.  
Ignitis reprobos obruet imbribus,  
Immittet pluuias sulphure, fulgure,  
Mixtas, in reprobos: impia grandine  
Ingenti Dominus pectora puniet,  
Horrendo feriet fulmine perfidos.  
Est iustus Dominus, iusticiaq; amans,  
Iustis Ioua refert premia splendida.

PSALMVS XII.

Saluum me fac Domine, &c.

**P**Resta opem presso, Deus, & relicto,  
Quippe sanctorum decus est minutum

*sapphica*

Et

*Et fides omnis penitus maligno  
Exulat orbe.*

*Sentiunt hoc quando loquuntur illud,  
Discrepant blandis variantq; linguis  
Duplici inter se labio sonantes*

*Grandia verba.*

*At Deus fraudes reprimat malorum,  
Frena mendaci iniiciatq; lingua,  
Spiritusq; altos animisq; vanos*

*Tollat ab orbe.*

*Imperet nostro labio quis? aiunt,  
Cui licet nostram cohibere linguam?  
Quodlibet nobis licet, hac quis unquam*

*Comprimet ora?*

*At Deus dicit, quoniam malignus  
Scuit hostis, me mouet inde tristis  
Pauperum planctus, mouet & piorum*

*Sors miseranda.*

*Ergo succurrens recreabo pressos,  
Pauperes damnis grauibus leuabo,  
Hinc piis tempus veniam per omne*

*Auxiliator.*

*Sunt Dei summi magè pura verba*

*Optimo*

Optimo argento toties sequare,  
Id licet flammis toties probàrit,

Septima testa.

Ergò tu pellas homines malignos,  
Protegas sanctos, reprobos retundas,  
Ne sua sanctis noceant dolosa

Improbitate.

Quippe quum pestes dominantur ista,  
Regnat in terris scelus omne: vastant  
Quicquid est recti reliquum boniq;

Vilia monstrat.

PSALMVS XIII.

Vsquequo Domine obliuisceris &c. *afclapadun*

**C**ur sic immemor es, tu Deus ò, mei?

Oblitusne mei es, dum videor mihi

Desertus? miserum me, rogo, respice.

Quàm longo spacio turbida mens erit?

Quàm longo spacio corde ero languidus?

Quàm longo spacio praualet inuidus?

Ah mæsti gemitus percipe pectoris,

Illustraq; tuo lumina spiritu,

Mi somnus ne aliquis lethifer ingruat.

D

Vnquam

*Handwritten Latin notes:*  
1. Cur sic immemor es, tu Deus ò, mei?  
2. Oblitusne mei es, dum videor mihi Desertus?  
3. miserum me, rogo, respice.

*Handwritten Latin notes:*  
4. Quàm longo spacio turbida mens erit?  
5. Quàm longo spacio corde ero languidus?  
6. Quàm longo spacio praualet inuidus?

*Handwritten Latin notes:*  
7. Ah mæsti gemitus percipe pectoris,  
8. Illustraq; tuo lumina spiritu,  
9. Mi somnus ne aliquis lethifer ingruat.

4  
d'af nifi moin fründ  
vunmü, ex fji, fimm  
maggij, m' d'eden v'm  
m' d' m' d' d' f' f' f'  
v' f' f' m' m' d' d' f' f'  
m' d' d' d' d' d' d' d'

*Unquam ne validis victus ab hostibus,  
Rifus materia & fabula hypocritis  
Sim, nec suppeditem gaudia pessimis,  
Me tristem licet hoc attamen unicum  
Solamen recreat suauiter erigens.  
Hoc hoc est, animum quod leuat et iuuat,  
Nunquam destitui quòd video pios,  
Fretos auxilio propitii Dei,  
Cui cantabo alacris carmina dulcia,  
Psallam ritè Deo latificum melos.  
Qui sperata mihi præstitit affatim.*

Jes 40 v' Habes d' d' d' d'  
d' d' d' d' d' d' d' d' d'  
b' d' m' d' d' d' d' d' d'  
f' d' d' d' d' d' d' d' d'  
s. eff.  
Jes 40 v' d' d' d' d' d'  
f' d' d' d' d' d' d' d' d'  
d' d' d' d' d' d' d' d' d'

PSALMVS XIII.

Dixit insipiens in corde suo, &c.

**N**ON Deus est usquam, prauos qui vindicet  
Sic ait insipiens. (ausus,  
Hinc est quòd cunctos Deus auersatur: et haud  
Vllus in orbe pius. (est  
Exploraturus mortales, aethere summo  
Despicit ima Deus,  
Ut videat, si quis motus bonitate lehoue,  
Numina sancta colat.

Verum

Verùm auersi omnes deflectere turpiter ausi  
Sunt, Domini immemores.  
Non est qui studeat pietati, nullus in orbe  
Iussa superna facit.  
Non ulli metuunt diuini numinis iram,  
Dum scelus omne probant.  
Membrapii cætus lacerantes, sanguine gaudent,  
Plebis & ossa vorant.  
Quæ sudore suo miser acquisiuit, iisdem  
Viscera laxa replent.  
Diuini immemores cultus, infontibus obstant  
Artibus innumeris.  
Vanos horrentes strepitus prece flectere nolunt  
Voce suaq; Deum.  
Ille sed oppressis iustis Pater optimus adstat,  
Fertq; benignus opem.  
O utinam auxilium de monte Sione veniret,  
Isacidas recreans.  
O utinam populi captiui vincula dura  
Solueret ipse Deus.  
Israël tunc letus erit, tunc iubila leta  
Voce, Jacobe, canes.



PSALMVS XV.

Domine, quis habitabit &c.

**Q**uistuum templum, Pater alme rerum,  
Incolet? quisnam poterit beatum,  
Quicquid hoc aui est, agere, inq̄, sancto  
Monte manere?

Ille qui purus maculis, & omni  
Qui caret labe, & facit aqua pressis,  
Falsa non profert, loquitur sed imo  
Pectore vera.

Proximum vafro neq̄, ledit ore,  
Proximum nec calliditate fraudat,  
Proximum sannis male qui nec unquam  
Vexat iniquis.

Quiq̄, contemnens homines malignos,  
Astimat pluris pietate notos,  
Qui tenax recti fideiq̄, seruans,  
Fallere nescit.

Pauperes qui sc̄nore non grauauit,  
Sordida usura nec opes parauit,  
Qui nec insontes violans, scelestum,  
Expetit aurum.

Qui

*Qui studet tali pius actioni,  
Ocio & vità placida fruatur,  
Semper hic felix Domini manebit  
Ciuis in arce.*

PSALMVS XVI.

Conserua me Domine, &c.

**I**Nte confido, Deus, in te spes mea sola est,  
Protege me, Pater alme, meã tibi credo salutẽ.  
Sic dixi Domino: tu certè es Ioua tremendus,  
Te propter patior, subeoq; pericula vita,  
Electos propter cruciatus perfero diros,  
Diligo honoratos, amo sanctos, summa colètes (re.  
Numina: qui Dominũ timet, hunc cõplector amo  
Ast quibus est animus sibi fingere numina cæca,  
Surda & muta colunt quicunq; Idola timentq;  
Execror hos, odi, detestor, abominor omnes,  
Non ego cum tali cœtu libamina fundam,  
Non ego fœda feram reproborum nomina in ore.  
Pars mea, summe Pater, mea portio larga, Iehoua  
Tu mihi conseruas patrimonia, tu mihi sortẽ (es,  
Electam attribuis, qua delectorq; fruorq;  
Laude pia Domini celebrabo numina summi,

D 3

Qui

Qui meus adiutor fuit, & meus auxiliator.  
Quamuis castigant me renes nocte, Jehouam,  
Ante oculos tamen in conspectu et semper habebo.  
Ille etenim à dextris astans mihi subuenit, omnem  
Mittit opemq̄, vetans mouear ne tempore in ullo,  
Concipit ergo meum cor gaudia leticiamq̄,  
Spiritus exultat, mea gloria honore triumphat.  
Esto, citò moriar, tamen hac caro leta quiescet  
Mortua, quin etiam mea spe caro leta quiescet.  
Nec mea vita ullo in tumulto aut retinebitur orco.  
Membra tui neq̄, Jona, sines putrescere sancti.  
Tu mihi demonstras normamq̄ viamq̄ salutis,  
Tu fons leticie es, tu plurima gaudia prestas,  
Affluit atq̄ bonis tua dextera lauitiisq̄.

PSALMVS XVII.

Exaudi Domine iusticiam, &c.

phalencit

**A**Vdi iusticiam, Pater Iehouah,  
Exaudito preces meas loquentes  
Tecum pectore simplice integroq̄,  
Et lingua nihil occultente fraudis.  
Iustus, criminis huius, impii quod  
Affingunt mihi, prorsus innocenti.

Tu exo

Tu exploras animam meam per omne  
Tempus, ceu bene purgat ignis aurum.  
At nunquam mea mens malos sequetur,  
Prava cor neq; gaudet actione,  
Verbum respiciens tuum salubre.  
Hinc verò improbo semitam latronum.  
Fac ne pestitubet meus, nec unquam,  
Recto à tramite lubricus recedat.  
Supplex, te pater, inuoco, Iehoua,  
Audi, mi pater alme, quid requiram.  
O spes unica, & arx salutis una,  
Misso presidio pios tuere,  
Vt cernat metuens sibi malignus,  
Clementi auxilio piis quòd adsis.  
Tu me absconde tuis tegens sub alis,  
Vt pupillam oculi sui tuctur  
Vnusquisq; tuum, Deus, clientem  
Defende à furiis tot impiorum,  
Quot circumdare me vides proteruè.  
Hostes pelle meos manu potenti,  
Hostes insidiis pios petentes,  
Functis viribus undiq; irruentes,  
Lingua fulmine nosq; territantes,

Cinctos

Cinctos agmine quos suo minaci  
Prorsus perdere velle gloriantur,  
Qualis prada inhians leona saevit,  
Aut antro catulus latens leonis,  
Hi sic insidias struunt frementes,  
Quem delere student gregi piorum.  
Nunc, nunc surge, Deus potens & ultor,  
Castiga, preme, contere insolentes,  
Me defende tua machæra & ense,  
Ne vitam ferus auferat mihi hostis.  
Tu me libera, & à viris profani  
Mundi terrigenis tuere, quaeso,  
Ventris gaudia qui expetunt, caduca,  
Qui cornu bona possident feraci,  
Ad tempusq; opibus tuis fruuntur,  
Ut victum quoq; posteris relinquunt.  
Verum in iusticia tuam videbo  
Cœlesti faciem beatus: Actunc  
Luce & leticia fruam perenni,  
Cum fulgebit imago gloriose  
Instaurata Dei in resuscitatis.

PSAL

PSALMVS XVIII.

Diligam te Domine, &c.

**T**E solum veneror Dominum, & colo pectore  
toto,

In te spem posui, summe Iehoua, meam.

Ipsè meum robur, mea spes, mea turris, asylum,  
Est Deus ipse salus, ipse redemptor erit.

Me clypeo forti protector ab hoste tuetur,  
Ille meæ cornu & petra salutis erit.

Laudibus extollens Dominũ, celebrabo, quòd ho-  
Exuerit fractos viribus ipse meos. (stes

Vincula cingebant me mortis iniqua, tangebant  
Torrentes Belial, qui mihi terror erant.

Lethifer & laqueus victum vinctumq; tenebat,  
Hærebam implicitus funibus, Orce, tuis.

Ad Dominum clamans hunc alloquor auxilian-  
Auxilio quoties me scit egere suo. (tem,

Exaudit lacrymas, vocem Deus excipit aure,  
Pronus opemq; sacra mittit ab arce suam.

Concussi montes tremuerunt, tota ruinam  
Visa fragore fuit terra paræ suo.

Naribus emittens fumum spirabat & ignem,

E Oseq

Osq<sup>3</sup> Dei ardentis fulguris instar erat.  
Descendens Dominus cœli cum flecteret axem,  
Ipse suos tenebris cum tegetetq<sup>3</sup> pedes.  
Quando vehi curru angelico, sublimis, & alis  
Ventorum visus ceu volitare fuit.  
Obscuris sua tunc latebris tentoria cinxit,  
Nubibus & piceis abdidit inter aquas.  
At fulgore suo disruptis nubibus atris  
Grandinibus mixto fulgure ab axe pluit.  
Intonat è cœlo, crebris micat ignibus æther,  
Fulminis emittit tela trifurca Deus.  
Fulgura peruersos terrebant corde corusca,  
His didicit iaculis hostis habere metum.  
Effusis pluuiis vehit obruta terra dehiscens  
Est compulsa suos tunc referare sinus.  
Hanc tempestatem mouit spiramine naris,  
Prolongata diu sic tonat ira Dei.  
Me tamen eripuit vasti de gurgite ponti,  
Porrectâ Dominus subleuat ipse manu.  
Liberat à validis inimicis, liberat hoste  
Viribus atq<sup>3</sup> opibus me potiore, meo.  
Robore præpollens cum me vexaret iniquus,  
Exoptata fuit tum mihi, Jova, salus.

Me

Me cœtu è medio rapuisti, summe, malorum,  
Quippe mei flagrans intimo amore, Pater.  
Justiciam ecce bonis Dominus compensat et ornat:  
Præmia quanta mihi pro bonitate dedit?  
In Domini recto nam semper tramite versor,  
Non huic aduersus mente fideq; fui.  
Obseruo fixis oculis præcepta lehouæ,  
Nec pia contemnens respuo verba Dei.  
Conspectu in Domini vitam sine crimine dego,  
Peccatum fugio, iusticiamq; sequor.  
Ac ideo tribuet iusto mihi præmia iusta,  
Debita compensans pro pietate bona.  
Sanctus eris sanctis, & purus crimine puris,  
Infontiq; insons est, bonus atq; bonis.  
Ac peruersus eris peruersis: hostibus hostis,  
Qui te ritè colent, hos tua dextra colet.  
Extrahis & miseram plebem de puluere vili,  
Deiicis atq; suo corda superba loco.  
Illustrans etenim mea lumina, tu pater alme,  
Discutis & mentis, corporis & tenebras.  
Te duce conscendam muros, & te duce cædam  
Millia multa virum, te duce victor ero.  
Nō culpanda etenim Domini est pia regula vita,



Nec prada exposita est semita iusta Dei.  
Obrizo Domini est sententia purior auro,  
Ipse piis clypeus spesq; salutis erit.  
Non alius Deus in caelis, nec Rector Olympi,  
Quam noster Dominus, qui Deus ipse mihi est.  
Inuicta cingens qui me virtute lehoua,  
Adiuuat, & gressus dirigit ipse meos.  
Efficat ut pedibus ceruinis iugiter altos  
Conscendam montes, & loca summa petam.  
Vincere me docuit, bellando fortiter hostem,  
Tendere nos arcus, qui feriantq; docet.  
Saluificum clypeum mihi tu concedis, ut illo  
Tectus, defendam pectus ab hoste fero.  
Tu toties fulcis bene meq; lehoua, coronas,  
Castigat quoties me tua iusta manus.  
Non sinis ipse meas titubando impingere plantas,  
Dum fugientem hostem per loca dura sequor.  
Insequar ipse meos inimicos, hisq; fugatis  
Iniiciam ut pereant, vindice vincla manu.  
Calcandos pedibus domitos praebebo rebelles,  
Ne reparet bellum vis inimica nouum.  
Tu me praesidio forti defendis ab hoste,  
Ne contra insurgat, sub pede colla premis.

Dissipat

Disipat omnipotens acies, quas odit, eorum,  
Castra meis manibus tradere victa solet.  
Cum petit auxilium malus, haud est auxiliator,  
Ad Dominum clamat, respuit ille preces.  
Dispergam reprobum, volitet ceu pulvis in auras,  
Tanquam vile lutum comminuamq; malos.  
Tu sis in sano populi trepidoque tumultu,  
Ereptum placida me requiete frui.  
Non mihi nota prius iam natio subdita seruit,  
Dilecti populi sum caput ipse tui.  
Attentè observant tumidi me a iussa, nec unquam  
Me potuit mala gens illaqueare dolis.  
Extera gens cecidit muro confisa caduco,  
Illius & natos vincula dura premunt.  
Summa Redemptori sit gloria, lausq; lehoua,  
Tollatur merito semper honore Deus.  
Ille meos siquidem vindex ulciscitur hostes,  
Subiectos pedibus cogit & esse meis.  
Cumq; inimica premit violentia, subleuat ille,  
Meq; sua à seuo liberat hoste manu.  
Tu velut extractum rabida de fauce leonum  
Eruis, intuto me statuisq; Pater.  
Nunc tibi cantabo praconia lata, lehoua,

*Et tua per gentes nomina laude veham.  
Ille suum Regem suavi bonitate coronat,  
Victo clementer dans bona cuncta suo.  
Vtpote Jessao, seruo sine labe, Dauidi,  
Posteritas cuius tempus in omne manet.*

PSALMVS XIX.

Coeli enarrant gloriam Dei, &c.

**C**Oeli testantur summi de laude Jehoua,  
Firmamenta poli Domini benefacta recēsent.  
Notificantq; dies tot strenua gesta diei,  
Enumerat laudes nocti nox ordine sanctas,  
Omnibus et linguis Domini celebrantur honores,  
Gloria celsa Dei cunctis versatur in oris.  
Sol rutilans liber spaciatur in aethere celfo,  
Emissis radiis, totumq; illuminat orbem.  
Ceui thalamo sponsus, ceui dux ad praelia letus  
Fortiter egreditur, ceui prestantissimus Heros.  
Phœbus ab aurora consurgens manè cubili,  
Tendit ad occiduas mergendus protinus undas.  
Vsq; adeo locus est immunis nullus ab aestu,  
Lex perfecta Dei recreat pia pectora, verum  
Instruit indoctos mandatum, iussa parentis

Immacu

Immaculata pio dant gaudia plurima cordi.  
Clara Dei purum verbum me a lumina reddit,  
Durat in æternum Domini veneratio tempus.  
Iustus qui cunctis ius æqua lance rependit.  
Iudicium Domini est obrizo purius auro,  
Verba Dei incunda magis sunt melle fauisq̃,  
Illa monent seruum pietatis iussa Jehouæ.  
Atq̃ colens Dominum magno afficietur honore.  
Cui noti erroresq̃ sui, peccataq̃ cuncta.  
Tu mihi condones peccata latentia quaeso,  
Parce tuo seruo, à fastu dominante superbi  
Hostis, ut iniiciat prohibe mihi vincula victor,  
Moribus ad nutum Domini quò viuere possim,  
Innocuis, insons placeam tibi crimine purus.  
Quam pius ore edo vocem, rogo, perfice clemens,  
Verba mei cordis placido, rogo, suscipe vultu,  
Qui Deus es solus, mea spes, mea petra salutis.

PSALMVS XX.

Exaudiat te Dominus in die &c.

**S**it tibi subsidio Dominus, cum turbida sors est,  
Te nomen Domini protegat Isacida.  
De Templo Deus ipse suo tibi dulce leuamen,

Eꝓ Sion

Eq<sub>3</sub> Sion mittat robora firma tibi.  
 Et memor accipiat placido tua munera vultu,  
 Grataq<sub>3</sub>, quæ libas, sint holocausta Deo.  
 Expleat optatumq<sub>3</sub> tuum, tua vota secundet,  
 Irrita nec sinat is consilia esse tua.  
 Te protectorem celebret pia turba benignum,  
 Erigat inq<sub>3</sub> tuo nomine signa Deus.  
 A Domino quacunq<sub>3</sub> petit, pius impetret, huius  
 Exaudi lacrymas, vota, precesq<sub>3</sub>, Deus.  
 Iam certò scio, presidis quòd dextra Iehouæ  
 Subleuet, ac Christum seruet ubiq<sub>3</sub> suum.  
 Confidant alii rhedis, stolidisq<sub>3</sub> caballis,  
 In Domini ast posita est nomine nostra salus.  
 Robore disperso sani cecidere tyranni,  
 Nos immota Dei dextera stare facit.  
 Rex Cæli & terræ, fletus hos auribus hauri,  
 Atq<sub>3</sub> tuam nobis mitte paratus opem.

PSALMVS XXI.

Domine, in virtute tua lætabitur &c.

**Q**uòd Rex læticia plenus, victorq<sub>3</sub> triumphat,  
 Hoc tribuit populus iure, Iehoua, tibi.  
 Nā quæ mens eius cupit, hæc tu cuncta ministras,  
 Omnia

Omnia das pronus, qua petit ore suo.  
Conspiciam capiti gemmis auroq<sup>3</sup> coronam, *v. aurum.*  
Imponis, Regem prosperitate beas.  
A te cum peteret, vitam victumq<sup>3</sup> dedisti:  
Viuere das illi tempus in omne, Pater.  
Est etenim per te multo decoratus honore,  
Ipsum ut posteritas inclyta laude vehat.  
Latitia placiti vultus saturabitur abste,  
Ipsum perpetuo robore fortificas.  
Ille tuo fudit verbo iussisq<sup>3</sup>, Iehoua,  
Hinc tua sic Regem protegit alma manus.  
Hostes inueniet Dominus, lustrisq<sup>3</sup> latentes  
Opprimet osores omnipotente manu.  
Ceu fornax sient, tua postquam exarserit ira,  
Puniet ira Dei sulphure & igne malos.  
Ex hominum cœtu tu perdes semen eorum,  
Cunctos vastabis, quos habet hostis, agros.  
Insidiis siquidem te turba dolosa petebat,  
Perficere haud poterant perfida consilia.  
Vertent terga tui tamen hi formidine vultus,  
Tu iaculis dentes terga petesq<sup>3</sup>, tuis.  
Surge Iehoua potens, inimicos robore quassa,  
Iniustus pœnas sentiat vsq<sup>3</sup> tuas.

F

Sic nos

*Sic nos virtutem Domini celebrabimus, atq;  
Dulcia dicemus carmina, corde pio.*

PSALMVS XXII.

Deus meus, Deus meus, &c.

**M**I Deus atq; Pater, cur me sic deseris oro?  
Qua tibi dilecti te nunc obliuio cepit  
Tanta, tibi lacrymas ut fundam semper inanes?  
Quot gemitus edo, quos non tua percipit auris?  
Me clamante dies totos, tua surduit auris,  
Nocte precor tota, precibus nec flecteris ullis.  
Attamen es sanctus, Judae gloria gentis,  
Et laus Isacidum, tu sancta in sede moraris.  
In te maiores nostri posuere salutis  
Auxilium, & praesens per te sensere leuamen.  
Tu Deus orantum Patrum tunc certa fuisti,  
Et sperata salus, quod eos pius atq; benignus  
Auxilio forti recreasti tempore duro.  
Ast ego non homo sum, sed vermis, fabula vulgi,  
Ludibrium mundi, populorum risus in ore,  
Gentibus opprobrium cunctis, nota faeda malignis.  
Omnibus aspectu turpis, contemptus ab omni  
Turba hominum, qua me vexat sparsa ore, caputq;  
Infantum

Infantum mouet, & naso suspendit adunco,  
Addit & has voces blasphemias: liberet ipsum,  
Eripiatq; malis Dominus, quem iactitat, vni  
Cui se committit totum, si diligit illum.  
Tunc quoq; cum grauida matris gestarer in aluo,  
Cū genitrix aleret me lacte, ego semper honorans,  
Sancte Pater, verè colui te, semper adhæsi  
A teneris tibi, sacratus tibi ab ubere matris.  
Ne, Deus, hinc absis longè, me a fata propinquāt,  
Præter te non est, qui possit ferre salutem.  
Me cinxere feri & meditates prælia tauri  
Cornibus atq; boues palearia pendula habentes.  
Utq; Leoninus sitiens præda atq; cruoris,  
Sic patet illorum rictus, minitans mihi mortem.  
Sicut aquæ fluxus sicca absorbetur arena,  
Sic vires roburq; meum contabuit omne.  
Utq; calore ignis mollescens cera liquescit,  
Sic mærore graui cor, pectus & ossa fatiscunt.  
Arescuntq; meæ vires ceu fictilis olla,  
Linguaq; præ siccis sitibunda in faucibus hæret.  
Insuper & gelida mortis me puluere condis.  
Circumsederunt me pessima turba, molossi,  
Vulnificis fodere manusq; pedesq; terebris.



Ossa ego dinumerem, & costas compage solutas.  
Partiti rapiunt mea vestimenta maligni.  
Qua superest, tunicam malunt exponere sorti.  
Actu, summe Pater, ne iam discesseris a me,  
Auxilio propera, mea spes, mea saxea rupes.  
A gladio hanc animam seui defende Tyranni,  
A canibus profugum me per deserta secutis,  
Eripe me miserum cruda de fauce leonis.  
Et compefce feras cornu unum in fronte gerentes.  
Nomina sancta meis narrabo fratribus, & te  
Laudibus extollam, est ubique Ecclesia sancta.  
Voce pia celebrate Deum, venerabile numen,  
Israelitico cuncti de semine nati.  
Carminibus laudate Dei admirabile nomen,  
Posteritas Dominum celebret de stirpe Iacobi.  
Non etenim Dominus lacrymas contempsit egeni,  
Nec repulit miseros, faciemque abscondit ab illis.  
Sed cum pauper opem peteret, tum exaudivit illum.  
In celebri cœtu Domini praconia pandam,  
Et mea cum iustis solvam pia vota Iehoua.  
Tu satias miseros larga bonitate, piosque  
Vbertate beas, qui te venerantur honore.  
Aeternisque bonis auget, dans vivere in aevum:

Quo

Quo referant grates, & quot tibi iubila cantent.  
Gloria summa Dei toto celebretur in orbe,  
Et Dominū mundi quocunq; in cardine, adorēt,  
Atq; colant sparsa curuato poplite gentes,  
Namq; potēs Domini regnum et firmissima sedes,  
Ipsius imperium est, populos virtute regentis.  
Te celebrent omnes, qui gustant pingua terra,  
Te celebret diues, te pronus pauper adoret,  
Posteritas tibi sera sonet pia cantica laudes,  
Secla futura tuas, his qui nascentur ab illis,  
Iusticiam vt norint, mirandaq; facta lehoua,  
Vtq; canat, quis sit Dominus, ventura propago.

PSALMVS XXIII.

Dominus Pastor meus, &c.

**M**E pascit Dominus, fouet & me protegit ille,  
Qua cor pauperies terreat ergo meum.  
Ad viridis ducit me dulcia gramina campi,  
Potat & illimi fonte salubris aqua.  
Languentem recreans animam, me tramite recto  
Dirigis, ob nomen, sancte lehoua, tuum.  
Verser & in tenebris licet ac caligine mortis,  
Terrorem incutient nulla pericla mihi.

F 3

Namq;

*Namq; potens Domini presentis virga tuetur  
Me, rabidosq; lupos submouet ille pedo.  
Instruis omniparam mihi mensam, & fercula lau  
Hostis ut euadat tristior inde meus. (ta,  
Balsameo caput exhilarans mihi rore perungis,  
Apponis dulci pocla referta mero.  
Ergo benigna salus nullo mihi tempore deërit,  
Namq; locum in templo semper habebo tuo.*

PSALMVS XXIIII.

Domini est Terra, &c.

**E**T terra globus hic Domini est, et maxime orbis,  
Quicquid habet mare, quodq; suo complectitur alueo,  
Quadrupes homines, volucres, piscesq; mari-  
Cuncta regitq; suo diuina potentia, nutu. (nos,  
Quicquid habet cælum, tellus, mare, mundo, id omne  
Subiacet imperio Domini, maris alta profundi  
Fundamenta locans, totum ille coercuit aquor  
Alueo, ne terram rapidis male perderet undis.  
Quis cedo præcelsi conscendet mœnia montis?  
Quis Domini felix sacrata stabit in arce?  
Qui sceleris purus degit sine crimine vitam,  
Et dextram insontem cum pectore iungit aperto,  
Candis

Candidus atq; colit sincero corde Iohannam,  
Respuit & falsas leges, nec peierat unquam,  
Ille bonis Domini, & tranquilla pace fruatur,  
Et benedictus erit, capiet quoq; commoda vite  
Plurima, multiplici vir prosperitate beatus.  
Hec est progenies querens mandata tonantis.  
Hi sunt Isacida, qui gaudent lege salutis.  
Vos igitur Reges nunc vestras pandite portas,  
Pandite totius vos Reges ostia mundi,  
Intranti ut pateant, cui gloria maxima Regi.  
Quis Rex iste, suo ingreditur qui tantus honore?  
Est Dominus fortis bellator, maximus, omnes  
Qui sibi subiiciet dextra hostes armipotente.  
Non est in terris, nec erit Rex fortior illo.  
Vos igitur reges nunc omnes pandite valuas,  
Pandite quisq; fores, pateant huic limina vestra  
Intranti Domino, laudis cui gloria summa,  
Magnus ut hic magno Rex excipiatur honore,  
Hostibus aeternum domitis ducatq; triumphum.  
Quis tamen iste Deus? quis rex hoc dignus honore?  
Armipotens laudum Dominus, cui gloria soli  
Debetur, quia nostra salus, victoria, vita est.

PSAL.

PSALMVS XXV.

Ad te, Domine, leuauit, &c.

**A**d te suspirat mea mens, tibi fidit & uni,  
Tuum petens solatium.

Fac ne confundar, ridendi causa malignis  
Nec hostibus sim turpibus.

Cor tibi se credens nunquam confunditur, & non  
Pudore fædo euertitur.

Ast illos mane at turpis nota, qui malè rident  
Deum potentem pessimi.

Sit mihi quaeso, pater clemens, tua semita nota,  
Tuis me ducas in viis.

Expecto Dominum, leges pius ille docebit,  
Me in veritate dirigens.

Qui te cunq; colunt, hos dextra protegis alma,  
Pia tuos iuuas ope.

Ne rogo sis, auum qua perdurabit in omne,  
Benignitatis immemor.

Præteritos recolas ne lapsus quaeso, Iehoua:  
Peccata cuncta deleas.

Me potius recrees bonitate, mei q; benigna  
Tua memento gratia.

Restituit

Restituit lapsos solita pietate Iehoua,  
Peccata condonans piis.  
Me Pater à grandi redimas soluasq; reatu,  
Qui diris me cruciat modis.  
Qualis erit Dominum metuens vir? Ioua docebit  
Eum, quàm semitâ ambulet.  
Istius semen terrarum regna tenebit,  
Quieto uiuens pectore.  
Nam sua declarat iustis mysteria, Ioua,  
Et pacta detegit sua.  
Eripit ille pedem de prauis casse doloso,  
Mihiq; promptus subuenit.  
Respice me pressum, tua gratia subleuet agrum,  
Nam sum omnium miserrimus.  
Eripe me mœrore graui, Deus, eripe quasô  
Magnis meis angustiis.  
Atq; me æcernens impura vulnere mentis,  
Me labe liberaes graui.  
Cerue quod osorum sit copia tanta meorum,  
Et hostium tot millia.  
Me serua miserum, ne, si confundar, egenum,  
Me fedus hostis rideat.  
Iusticiam tribuas seruo mihi, prosperitate

G

Me te

*Me te colentem tu bees.  
Tu genus Isacidum conseruans, summe Iehoua,  
Benignitate repleas.*

PSALMVS XXVI.

Iudica me, Domine, &c.

**I***nsontis causam, rogo, suscipe, redde salutem,  
Iusticiamq; mihi.*

*In Domino spero, non vnquam dextra iacebit,  
Destituentq; pedes.*

*Explorans renes, cor, mentem, pectoris ima  
Experiare, Deus.*

*Nam benefacta Dei spectant mea lumina, Sum-  
Iussa tremenda colo. (mi &*

*Non ego cum reprobis uiuo, me cœtibus horum  
Abdico, amore tui.*

*Non ego cum prauis, Domini ludentibus, ullum  
Consilium capio.*

*Ipse lito innocuis manibus tibi iustus, ad aras  
Macto holocausta tuas.*

*Nam laudes illic Domini, & miracula cuncta,  
Ac benefacta canunt.*

*Namq; locum sanctum sacrata diligo sedis,*

*Diligo*

*Diligo templa tua.*

*Ne rapiant animam, simul hos qui sanguine gau-*

*Ira furorq; tuus.*

*(dent,*

*Auri sacra fames mentes corrumpit iniquas,*

*Illicitumq; patrat.*

*Cum mea mens igitur pura et sine crimine uiuat,*

*Sis mihi propitius.*

*In sancto cœtu tibi nunc præconia fundam, &*

*Jubila festa canam.*

PSALMVS XXVII.

*Dominus illuminatio mea est, &c.*

**Q***uæ metuã, Dominus cū sit mihi duxq; saluq;*

*Quæ metuã? hic vitæ arx præfidiũq; mea est.*

*Carnibus ecce meis cuperet qui pascere ventrem,*

*Hostis in exitium corruit ipse suum.*

*Et quamuis positis castris, mihi bella minetur,*

*Attamen in Domino spes mea firma manet.*

*Hoc unum rogo, Deus, hoc te postulo solum,*

*Perpetuò ut maneam ciuis in aede tua.*

*Vt videam templum, tua celsa altaria cernam,*

*Et gratos cultus, sancte Iehoua, tibi.*

*Tempore difficili, premor & cum rebus in arctis,*



*Alma Dei bonitas me, velut umbra, tegit.  
Cum rabidi insurgunt, tua sub tentoria ducis,  
Fidus inaccessa me bene rupe locas.  
Me capite extolles super omnes fortiter hostes,  
Protectus Domino carmina lata feram.  
Exaudi, toto quaspectore fundo, querelas,  
Et mea propitius suscipe vota, Pater.  
Cum mea perpendit mens suavia verba Iehoua,  
Ante tuam faciem supplico opemq<sub>2</sub> peto.  
Ne seruo auxilium, Deus, abnuue, spes mea, robur,  
Prasidiumq<sub>3</sub> potens, subsidiumq<sub>3</sub> meum.  
Ne me destituas, ne me tua dextra relinquat,  
Sis mihi solamen, vita, salusq<sub>3</sub>, Deus.  
Nil timeo, Pater ut me deserat & mea mater,  
Me Domino & causam suscipiente meam.  
Te monstrante viam vitæ mihi, dirigo gressus,  
Ne noceat fraus & vis inimica mihi.  
Ne sine me præda furiis hostilibus esse,  
Fingere qui de me & spargere falsa solent.  
Me bonitas Domini in regione hac certa manebit,  
Hic ubi visurum me bona, credo, Dei.  
Nil dubitans igitur, tibi fidam, summe Iehoua,  
Expectabo tuam non trepidanter opem.*

PSAL

PSALMVS XXVIII.

Ad te, Domine, clamabo, &c.

**Q**ui mihi praesidium, Deus, et firmissima rupes,  
 Ne fileas, humiles cum tibi fundopreces.  
 Ne mea difficilem si vox offenderit aurem,  
 Conferar his, stygios qui subiere lacus.  
 Exaudi ardentis gemitus vocemq; precantis,  
 Alleo cum tremulas ad tua templa manus.  
 Ne me connumereres reprobis, quibus impia mens  
 Melle labella quibus, pectora felle madet. (est,  
 Praemia pro dictis & factis digna repende  
 Huic generi, ut manibus semina sparsa metat.  
 Despiciunt etenim Domini pia iussa, nec unquam  
 Aduertunt animum ad facta stupenda Dei.  
 Quare irrisorum vires ac robora franget,  
 Nec reparare sinet diruta tecta, Deus.  
 Gloria lausq; Deo, quem cuncta creata fatentur,  
 Audit enim planctus, aure patente, graues.  
 Robora qui praestat clypeo, qui fortiter armat,  
 Hunc animae posui spemq; decusq; mea.  
 Inde mei merito subsultant viscera cordis,  
 Gratifico huic soluam carmine vota Deo.

*Qui Dominū metuunt, his robur forte ministrat,  
Fortis adest membris, Christe, fauetq; tuis.  
Assere quāso tuum populum, tibi, Christe, redem-  
Hares ut regni sit maneatq; tui. (tum,  
Pascere cibo verbi, terrenis exime curis,  
Fac tecum superas incoluisse domos.*

PSALMVS XXIX.

Afferte Domino filij Dei, &c.

*Q*ui regitis terram scepro et virtute potentes,  
Quiq; gregem Domini pascitis innocuum:  
Huc agite, & vires, robur, virtutis honorem,  
Sistite, & accepta hac iura referte Deo.  
Ferte Deo caeli meritissima nomina laudum,  
Sacrato cultu reddite vota Deo.  
Vox Domini resonans se lata per aquora pandit,  
Virtutum Dominus flumina magna replet.  
Vox Domini vires ac robor a firma resumit,  
Maestate sua vox Domini resonat.  
Concutit aëreas Domini vox inclytæ cedros,  
En cedrus, Domino deiiciente, cadit.  
Exultare facit vitulum, ceu veste solutum,  
Sirion ut pullum Rhinocerotis agit.

Vox

Vox Domini ceu flamma vorax quaq; obuia per-  
Flamma perurendi nõ habitura modum. (dit:  
Vox Domini trepidare facit loca tristia Eremiti,  
Desertumq; Cades vox tremere illa facit.  
Vox, vt parturiant ceruæ, facit illa, repente  
Deiicit æstiuas arboribusq; comas.  
At tua templa, Deus mitissime, firma manebunt,  
Vnde tibi laudes nomina cuncta ferent.  
Diluuiõ statuit Dominus circumdare terras:  
In solio ipse tamen regia sceptrã geret.  
Virtute ipse suum populum prestante beabit,  
Et benedicendo pace suaq; teget.

PSALMVS XXX.

Exaltabo te, Domine, &c.

**L** Audibus extollam meritis te, sancte Iehoua,  
Quõd caput è fouea tollis ad alta meum.  
Nec sinis hostiles superaddere scommata, fastus,  
Vnde suo in cœtu gaudia plena ferant.  
Tu Deus omnipotens, cum te in mea vota reposco,  
In fragili sanas corpore membra mihi.  
Tu Deus hanc animam de faucibus extrahis orci,  
Illorum in tumulo vita sepulta manet.

Sacrati

Sacrati Domino diuinas dicite laudes,  
Gratis ono cantu tollite ad astra Deum.  
Ira eius breuis est, oculi vix durat ad ictum:  
Usq; adeo vita est atq; salutis amans.  
Vespertina sinit lacrymare crepuscula, manè  
Leticia exoritur, sole vehente diem.  
Cum mea felices implerent carbasa venti,  
Ladere me, dixi, nulla procella potest.  
Nam tibi, summe Deus, placuit circumdare mon  
Quo ceu firmato robore tutus eram. (tem,  
Mox ubi propitium cepisti abscondere vultum,  
Corporis ossa mei diriguere metu.  
Rebus in angustiis Dominum in mea vota vocabo,  
Flectere conabor voce precante Deum.  
Quid prodesse meus, rogo, tunc poterit tibi sanguis,  
Auferet hinc ubi me mortis auara manus?  
Num tibi puluis iners referet pia munera laudū,  
Glorificans fidei dogmata certa tua?  
Propitius mihi sis, Deus, exaudisse memento,  
Auxilium mihi sis, praesidiumq; meum.  
Tu querulas anima mutasti in gaudia voces,  
Quae ducit letos, libera facta, choros.  
Conscisso unguentum preciosum in corpore sacco  
Fragrat,

*Fragrat, & exultant laticia ossa mea.  
Ut tibi, si quid inest fragili hoc in corpore laudis,  
Cedat id omne, tuus nec sileatur honos.  
Mi Deus, et rerum Domine et iustissime vindex,  
Laudibus implebo secula cuncta tuis.*

PSALMVS XXXI.

In te, Domine, speravi, &c.

**I**N te, Christe, mea fixa est spes firma salutis,  
Hac me frustratum ne patiare, rogo.  
Quin potius miserum, Deus ô mitissime, serua,  
Per, tibi qua propria est, adfere, iusticiam.  
Tu facilem inclina miserandis fletibus aurem,  
Festinam misero, nam potes, adfer opem.  
Tu mihi praesidium tutum, tu petra salutis,  
Vnde mihi certum suppetit auxilium.  
Et quia tu rupes mihi, tu fortissima turris,  
Per tua sancta meos nomina siste pedes.  
Me quoq, cum validum sis robur, & anchora fi-  
Cassibus eripias, quos posuere mihi. (da,  
Hanc commēdo tuis animam manibusq, resigno,  
Mi Deus, est merito namq, redempta tuo.  
Odi ego, pro veris qui frivola dogmata spargunt,  
H Scilicet

Scilicet in solo est spes mihi fixa Deo.  
Exulto bonitate tua, qua respicis egrum,  
Anxietas anima dum tibi nota mea.  
Non manibus sani tradis crudelibus hostis,  
Pandis iter pedibus, per spaciofa, meis.  
Propitius mihi sis, Pater, anxia corda trahenti,  
Et cui tristitia, languida membra iacent.  
Abbreviata meæ lacrymis sunt stamina vite,  
Anni cum gemitu præteriere mei.  
Destituunt vires recolentem turpia facta,  
Ossibus inq̄ latet tota medulla meis.  
Sum miser, opprobriū vicinis, larua propinquis,  
Horrescunt vultus obuia turba meos.  
Ut non vlla super ratio est tellure sepultis:  
Sic sociis reputor perdita testa meis.  
Multi etenim de me conuicia pessima spargunt,  
Me miserum multi triste catharma vocant.  
De me consultant, mihi subdola retia tendunt,  
Insidias vite composuere mea.  
Ast ego confisus Domino sic ore loquebar:  
Es mihi presidium, spes rata & una, Deus.  
Fultatuis manibus mea vita stat, eripe ab hoste  
Et manu ab infesta me, Pater alme, tege.

Irradis

Irradians vultu seruum dignare sereno,  
Adfere desertum pro pietate tua.  
Rebus in afflictis quoties tua numina posco,  
Me tristem faciat nulla repulsa, precor.  
Sed pudor infamis reprobos notet, atq; silere,  
In stygio tristes cogat & esse lacu.  
Lingua dolosa, procax, fastu tumida atq; superba  
Mutescat, iustis pessima quaq; struens.  
Quanta Dei bonitas seruata timentibus ipsum?  
Que datur his, cœtus qui coluere pios.  
Hos Deus abscondit cœtu à dominante malorum,  
In latebris tutos & iubet esse suis.  
Me certè admiranda patris clementia summi,  
Munita incolumem texit in arce diu.  
Mentis in excessu, trepidans sic ore loquebar:  
Auertisti oculos, nil miserate, tuos:  
Et tamen audisti fletusq; precesq; rogantis,  
Ad te confugiens, quando precabar opem.  
Concio sancta Deum vero amplectatur amore:  
Ille pios releuat, corda superba premit.  
Fidite quisq; Deo, nec vos timor occupet ullus,  
Queis Dominus spes est, presidiumq; Deus.



PSALMVS XXXII.

Beati, quorum remissæ sunt &c.

**F**elix, cui Dominus delicta patrata remittit,  
 Felix, cui Dominus crimina cuncta tegit.  
 Felix, cui peccata Deus non exprobrat ulla,  
 Qui non fucato numina corde colit.  
 Nam tibi cum dubio reticerem pectore culpam,  
 Assiduus mœror torruit ossa mea.  
 Omnia mēbra Dei oppressit mihi dextra potentis,  
 Hinc reliquum succi est sanguinis hisq; nihil.  
 Nunc mea cuncta palā Domino peccata fatebor,  
 Nec maculas culpæ dissimulabo mea.  
 Dum loquor hac, meditorq; tibi commissa fateri,  
 Tu sceleris tollis mox onus omne mei.  
 Ergo, lehoua, omnes captato tempore sancti  
 Orabunt super hac te bonitate tui.  
 Fluctibus eluuio licet ingens ingruat atris,  
 Non tamen hos tanget fluctibus unda minax.  
 Me tua dextrā, Deus, semper defendat ab hoste,  
 Ut me seruanti cantica grata sonem.  
 Te nunc erudiam (Deus inquit) ero tibi ductor,  
 Ire salutifera teq; docebo via.

Hifce

*Hisce meis oculis te recto in tramite ducam :  
Omnia ut ex nutu stentq; cadantq; meo.  
Cur mulis fieri similes stupidisq; caballis  
Vultis, ut os vestrum dura lupata doment ?  
Impius ut pœnas cumulat sibi, sic pietatis  
Gaudia cultorem non peritura manent.  
In Domino exultet gens & sit leta piorum,  
Concinat hymnisonis dulce melosq; modis.*

PSALMVS XXXIII.

Exultate iusti in Domino, &c.

**G**audete iusti, laudibus  
Decentibus pii: Deum  
Ornate grato pectore,  
Referre grates discite,  
Huic instrumenta Musica  
Canant sonora carmina,  
Huic canticum fundant nouum  
Psalteriorum iubila.  
Jehoua agamus gratias,  
Huiusq; sermo rectus est,  
Promissa nec cœlestia  
Incerta, sed fidelia

H 3

Sunt,

Sunt, æquitatem diligit  
Pater benignus: arbiter  
Clementia terram replens.  
Verbo Dei sunt conditi  
Cælestium orbium poli,  
Orbesq; lucidi ætheris,  
Et spiritu oris illius  
Creatus est exercitus  
Cæli, serenis noctibus  
Micans nitensq; splendide.  
Deus sonoras congregans  
In utre ceu clausas maris  
Aguas, reponit in suis  
Reconditis cubilibus,  
Firmatq; certis terminis  
Circundatis æquor fluens.  
Hunc maximus timens Deum,  
Orbis colat, mortalibus  
Terra incolis pauentibus  
Ad Numinis vocem sui.  
Quæ precipit cæli potens  
Hic conditor, seruanda sunt.  
Laudent eum gentes piæ,

Quæcunq;

Quaecunq; vult, vocat, iubet,  
Idemq; mutat dissipans.  
Consulta qua sunt, gentium,  
In publicis congressibus,  
Et cogitata callidè  
Infringit, ut sint irrita.  
Veri statuta sed Dei  
In sempiternum permanent,  
Duratq; cogitatio  
Diuina seclis omnibus.  
Beatus ille cœtus est,  
Solum Deum qui diligit.  
Beata gens mortalium,  
Hoc unicum numen colens.  
Celfo parens ab æthere  
Observat orbis incolas.  
Et è throno suo Deus  
Mentes regit mortalium,  
Scrutatur acta fortium.  
Non fortitudo brachii  
Regis potentis adiuvat,  
Nec sæua moles corporis  
Iuuat gigantes efferos.

Nec

Nec ponderosa vastitas  
Iruces Cyclopes liberat.  
Qui fortibus fidunt equis,  
Dant terga, risus hostibus.  
Sed qui Jehouam maximum,  
Piis colunt honoribus,  
Hos adiuvat potentia,  
Hos fortitudo brachii  
Dei potentis liberat:  
Hos morte saua subtrahit  
Verbi Dei redemptio:  
Fame hos vesana liberat  
Diuina prouidentia.  
Expectat ipsum sedulo  
Mens nostra & unicum expetit.  
Adiutor ipse noster est,  
Hic umbo nostri pectoris,  
In hoc Deo gaudet meum  
Cor, atq; latum iubilat.  
Huius Jehoua in nomine  
Promissionum, quas dedit,  
Salute nos tua Deus

Et

*Et gratia complectere: ut  
Spes nostra te uno nititur.*

PSALMVS XXXIIII.

Benedicam Domino in omni &c.

**P**erpetuis Dominum celebrabo laudibus, omni  
Tempore materia est carminis ille mei.

Mens mea leta canet, nec vox benefacta silebit  
Ipsius, ut miseris gaudia certa feram.

Nunc Domini mecum vos tollite nomē ad astra,  
Dulcibus hoc hymnis predicet omnis homo.

Anxius hunc quando quesiui, exaudiit astans,  
Corde mihi eripiens ē pauit ante metum.

Ipsius auxilium quicumq; implorat, habebit:  
Ioua solet miseris ferre rogatus opem.

Ecce meas licet oppressi lacrymasq; precesq;  
Respiciens, cunctis me eruit ipse malis.

Angelus en Domini sanctos defendit ab hoste,  
Nec sinit ille pios dura subire iuga.

Cernite gustantes, bonitas sit quanta Jehoua,  
Felix, qui scit ab hac se bonitate tegi.

Vos colite ergo Patrem rerum, sanctiq; timete,  
Nam bona res nunquam deficit vlla pios.

*Esuriant catuli rabidorum saepe leonum,  
Quarentes Dominum sed beat omne bonum.  
Vos igitur iuvenes ad me contendite tandem,  
Discite Iusticiam, iudiciumq; Dei.  
Qui cupit inter vos iucunda dulcia vita,  
Et sancta pacis commoda grata sequi:  
Veraci lingua sit præditus, atq; malo omni  
Os prohibens, fugiat falsa dolosq; loqui.  
Mitte malum, sectare bonum, sis iustus & æquus,  
Amplectens pacem, tristia bella fuge.  
Intentis oculis iustorum corda tuetur,  
Et placida Dominus percipit aure preces.  
At notat is reprobos vultu obseruatq; minaci,  
Nomen ut illorum funditus intereat.  
Cum pius auxilium diuinum flagitat, illud  
Impetrat, innumeris eripiturq; malis.  
Proximus est Dominus contrito corde vocanti,  
Summissos patria pro bonitate leuat.  
Multa licet iustus patiatur ab hoste cruento,  
Cuncta tamen superat, subueniente Deo.  
Custodit iustos Deus incolumesq; tuetur,  
Nec minui ipsorum vel minima ossa sinit.  
Impius à Domino casu interimetur acerbo,*

Qui

*Qui iusto grauis est, hunc sua poena manet.  
Vindicat ipse animas seruatorum Ioua suorum,  
Fidentes Domino premia digna ferent.*

PSALMVS XXXV.

Iudica, Domine, nocentes mihi, &c.

**Q**ui mihi bella parant, Deus, his fera bella  
Quiq; fouent lites, obrue lite sua. (moueto,  
Arripe tela manu, clypeo te fortiter arma,  
Mox tua opem armipotēs et tua dextra ferat.  
Protinus hanc animam correpto protege ferro,  
Contra inimica mihi castra pioq; gregi.  
Huic anima dicas me a hostibus undiq; cinctæ:  
Sum tibi presidium, sum tibi certa salus.  
Fac pudefacti omnes, qui subdola retia tendunt,  
Retrò abeant, mihi cum dāna dolosq; struant.  
Cassibus expansis cum vitæ huic insidientur,  
Abscondant anima cum laqueosq; meæ.  
Obruat incautum fouea quam fodit hiatus,  
Cum studuit structis me capere insidiis.  
Sic anima in Domino hæc requiescat leta benigno,  
Auxilio cuius sæpè leuata fuit.  
Corporis ossa mei dicent: quis erit tibi, Ioua,



Par similis uè, fero me quòd ab hoste rapis.  
Quòd miseris astans à diripientibus ipsos  
Eruis, in tuto stare facisq; loco.  
Exurgunt testes lingua labiisq; nocentes,  
Immerito affingant ut mihi crimen atrox.  
Pro factis benè, peruersi mihi damna rependunt,  
Mcestificis angunt tristia corda dolis.  
Ast ego lugebam, morbo languentibus ipsis,  
Et sacco indutus tristia signa dabam.  
Ieiunans etiam affixi me, ut conspiceretur,  
Ex animo ipsorum me doluisse vicem.  
Non secus orabam proq; agrotantibus, ac si  
Pro socio aut cuperem flectere fratre Deum.  
Non aliter soboles pia flens in funere matris,  
Mæret, ego ut sparsi fletibus ora meis.  
Ast illi cernunt lati mea tristia damna,  
Et contrà unanimes in mea fata ruunt.  
Quin quoq; proscindunt me claudi, nec mihi noti  
Casibus insultant & sine fine meis.  
Hos subsannator se iungit hypocrita, frendens  
Dentibus, atq; colax gaudia ventris amans.  
Quò, Deus, usq; taces? animam, rogo, libera ab  
Hanc leo desertam ne rapuisse queat. (ipsis,  
Laude

Laude feram in cœtu celebri tua nomina, Ioua,  
In populi turba carmina grata canam.  
Ne patiare Deus, de me latetur ut hostis,  
Quem sine iure mihi velle nocere vides.  
Non loquitur pacem, meditatur verba dolosa,  
Pacificosq; premant qua ratione viros.  
Hoc genus insultans mihi et os distendit, et inquit:  
En iacet, oppressum quis releuare queat?  
Tu Deus hac cernens, tandem alta silentia rumpe,  
Nec procul à me (tu vis mea) abesse velis.  
Exurge euigilans, causamq; tuere iacentis,  
Perfice, iudicio ut stemq; cadaamq; tuo.  
Ne sine, gaudentes in cordibus ut mihi dicant,  
Eia age, successit, iam iacet, ecce perit.  
Fac pereant & probra ferant miserè pudefacti,  
Quos mea cum risu cernere damna iuuat.  
At lati exultent, optantes, ut mea tandem  
Causa patrociniò vincat ouetq; Dei.  
Hi dicant: Domino sit gloria lausq; iuuanti,  
Successu careat ne bona causa bono.  
Et mea iusticiam celebrabit lingua Jehouæ  
Quotidiè, donec nox erit atq; dies.

PSALMVS XXXVI.

Dixit iniustus, vt delinquat &c.

**S**ic in corde meo describitur impia vita:  
 Tota Dei quod inops sitq; timoris egens.  
 Ipsa sibi frustra blanditur hypocrisis, ornans  
 Prætextu vano pessima consilia.  
 Se donec prodat mendax doctrina nocensq;  
 Et dolus is, qui odio verba monentis habet.  
 Tempore noctis enim meditantur pessima quæq;  
 Et sine fraude illis non abit vlla dies.  
 At toto Domini bonitas ita in æthere fulget,  
 Illius vt superet nubila & astra fides.  
 Instar vt excelsi montis stet iusta voluntas,  
 Iudicia Oceano sintq; profunda magis.  
 Quanta tua laus est bonitatis? fida sub alis  
 Quod fouet hæc homines & tegit ipsa suis:  
 Quod saturatq; tui impletos pinguedine templi,  
 Quod fluuii potat deliciisq; tui.  
 Tu fons es vita, Deus, & scaturigo bonorum,  
 Perq; tuum lumen lumina nostra vident.  
 Pectore sincero, qui te coluere, salutem his  
 Quiq; colunt, confer iusticiamq; tuam.

Ne sic

*Ne sine conculcet me pes impunè superbus, —  
Nec sine me reprobi supprimat atra manus.  
Quin cadat is potius sic, ut non surgere possit,  
Ad damnata, Deus, tartara trude malos.*

PSALMVS XXXVII.

Noli æmulari in malignantibus, &c.

**Q***ui Dominum metuens huic firmo pectore fi  
Impia non vrat te moueatq; cohors. (dis,  
Nam velut herba virens subito succiditur ictu,  
Sic cito marcescens turba ea tota perit.  
Expecta Dominum iusti sectator & equi,  
Nutriat in patria te tua dextra manus.  
In Domino oblectare, feres, quacunq; rogâris,  
Is dabit & cordi gaudia plena tuo.  
Crede tuam Dominoq; viam committe regendâ,  
Nitere eo: faciet, quod petis, ipse ratum.  
Iusticiam ille tuam in lucem producet, & ipso  
Sole tua esse sinet splendida iura magis.  
Subditus esto Deo, fortunam vince precando,  
Prosperitate hominis ne moueare mali.  
Ira furor breuis est, ira atq; resiste furori,  
Succensens sceleri, ne mala forsan agas.*

Qui

Qui Dominum expectant, his est possessio terra,  
Jure tenenda: malos tristia fata manent.  
Perfer & obdura, brevis est mora, diffluit hostis,  
Nec superest illi, qui fuit antè, locus.  
Mansuetos terra heredes, mihi crede, futuros,  
Lata quibus dabitur pax, bona cuncta ferens.  
Impius ut iustis rabido mala dente minatur:  
Sic Deus hunc ridens, fata subire iubet.  
En stringit gladium turba impia, tendit et arcum,  
Vulneret afflictos ut iuguletq; pios.  
Sed petet ipsorum conuersus viscera mucro,  
Arcus & enervis vulnera nulla dabit.  
Est longè melior iusti possessio parua, (opes.  
Quàm malè quas reprobis fraudibus auxit  
Impianam Dominus, magna vi, brachia franget,  
Dum seruat iustos dextra benigna Dei.  
Cognita iustorum Domino sunt stamina vita,  
Et bona, per quauis tempora, firma manent.  
Non confundentur, cum fors mala presserit illos,  
Exaturabuntur, sit licet atra fames.  
Lata ut vere nouo prata & preciosa videntur,  
Amittuntq; suum, falce resecta, decus:  
Impia sic subito reproborum turba peribit:

Fumus

Fumus erunt, quem mox dissipat aura leuis.  
Inustus cumulus alienum as solvere non vult,  
Mens pia dans gratis debita sponte refert.  
Dilecti Domino terrarum in sede virebunt:  
Quos Dominus reprobat, funditus intereunt.  
Dirigit incessus Deus, & vestigia iusti,  
Atq; eius planam diligit ille viam.  
Si lapsus fuerit, non abiicietur ad ima,  
Subleuat exhibita Jona potente manu.  
Ecce fui puer & senui, nec vidi ego iustum,  
Deseri, & illius semen egere cibo.  
Commodat assidue iustus, nec durus egenti est,  
Huius posteritas hinc bona multa petet.  
Linque malum, sectare bonum, sis letus habendo,  
Nec temere in quemuis transmouere locum.  
Iusticia Dominus custos, & iuris amator,  
Non poterit sanctos deseruisse suos.  
Imò hos incolumes per plurima secula seruat:  
Cum semen reprobi non superesse sinat.  
Vir pius ut maneat terra possessor, oportet,  
Cum sobole ac omni posteritate sua.  
Os iusti loquitur prudentia verba subinde,  
Linguaq; mansueti iura verenda docet.

Lextua, Ioua, regit quoniam pia corda bonorum,  
Iustorum gressus non titubare sinit.  
Impius insidias iusto, ceu retia, tendit,  
Sternat ut incautum & precipitanter agat.  
Eripit hunc manibus sed vindex Ioua cruentis,  
Nec permittit eum iudicis arbitrio.  
Expecta Dominum, diuino in tramite persta:  
Sic tibi terra suas subdita fundet opes:  
Sic optata tibi contingere commoda cernes  
Latus, & extinctos funditus esse malos.  
Impium ego vidi verbisq; animoq; minacem,  
Florida ceu laurus brachia tollit humo.  
Prateriens mox atq; viri vestigia quarens,  
Illius haud potui cernere signa pedum.  
Iusticiam sectare, boni observator & equi:  
Sic tandem à Domino premia digna feres.  
At transgressores extirpabuntur ad unum,  
Eradicabitq; impia corda Deus.  
Ut iuuat auxilio diuina potentia iustos:  
Sic tegit hos clypeo, sorte premente, suo.  
Fidus eis aderit defensor vindice dextra,  
Liberet ut cunctis eruat atq; malis.

Non hostile odium his, non vlla pericla nocebunt,  
Qui Dominum firmam spem posuere suam.

PSALMVS XXXVIII.

Domine, ne in furore tuo &c.

**A**rguas ne me, Deus, in furore,  
Obruas ne dum tua feruet ira,  
Ne meum pœnis grauibus, Iehoua,

Argue pectus.

Nam manus molem: Domine ô, tuaq;  
Vindictis virgæ stimulos acutos,

Huic & infixas animæ sagittas

Sentio tristis.

Cum mihi pœnas Dominus minatur,

Tunc meum languet cor, et agra mens est,

Demit & dulcem, scelerum caterua

Tanta, quietem.

Crimina heu cordi mea sunt grauamen,

Vnica hæc moles animam molestat,

Fœda sunt delicta, caputq; longè

Transgrediuntur.

Et recrudescit mea iam cicatrix,

Curuus & gibbosus eo, vacillans,

K 2

Atq



Atq; submisso capite erro, lugens  
Tristia fata.

Grandis absumpsit mea membra mæror,  
Corpus & totum premit aegritudo,  
Sumq; mutatus miser, atq; morbi  
Nulla medela est.

Eiulo tristis, queror atq; plango:  
Atq; totius manifesto cordis  
Ima, & effundo lacrymas Jehouæ  
Pectoris ægri.

Cor tremit, virtus animi fatiscit,  
Robur est fractum, mea fortitudo  
Languet, obduxitq; oculis tenebras  
Noctis abyssus.

Belluam ceu me fugiunt amici,  
Horret agnatus mea fata, turpes  
Vulnere hos vultus fugit, & propinquus  
Ridet iniquus.

Interim tendunt mihi retia hostes,  
Quotq; nouerunt, mala tot precantur,  
Et meo technis capiti dolosis  
Insidiantur.

Aure sed surda hæc sino præterire,  
Instar hic muti nihil aio, nec sum  
Hic tamen surdus neq; mutus, at nec  
Stratus ab hoste.

Sic ego factus, velut ista nunquam  
Audiam, vel sim, velut ille, qui nil  
Scit, quod opponat reprobis querelis  
Prorsus inermis.

Nam tibi credo, Pater ô, salutem,  
Et meum pectus tibi dedo, Ioua,  
Tu meam causam, Deus ô, benigna  
Percipis aure.

Pes meus firmus nihil ut vacillet,  
Te peto: ne cum patior molesta,  
Tum mea infestus mihi clade pulcrè  
Gaudeat hostis.

Natus in lucem, ut patiar labores,  
Perpeti natus placidè dolores:  
Et mihi culpa misero grauamen  
Pectora torquet.

Criminis pondus Domino recensens,  
Nec scelus summo reticens patratum,

*Interim spero Domini salutem,  
Labe remissa.*

*Hostis at vivit malus, & quieta  
Pace concessa fruitur: malignus  
Gaudet, in cunctis benè prosperatur  
Atq; triumphat.*

*Me, colo summi quia iussa Patris,  
Odit oppugnans malè grata turba,  
Pro bono accepto mihi dum rependit  
Noxia damna.*

*Deferas ne me, Deus ò benigne,  
A tuo seruo, Pater, haud recedas,  
Huncq; festines, Domine, adiuuare  
Auxiliator.*

PSALMVS XXXIX.

Dixi, custodiam vias meas, &c.

**M**ente concepi statuiq; quòd non  
Ore transgressor temere qd unquam  
Sim locuturus: licet astet omnis  
Impiaturba.

*Intuens turpes gregis actiones  
Improbi, freno cohibere nitar*

*Os meum, ne quam velit indecentem,*

*Edere vocem.*

*Mutus hæc mecum meditorq; tristis,*

*Namq; fit mæror grauior silendo,*

*Et dolor crescit nimium cauentis*

*Aspera verba.*

*Interim flammis mihi cor calescit,*

*Quas ego exardescere sentiens, mox*

*Mente directâ ad Dominum, resoluo*

*Talibus ora.*

*Indica, quaeso, mihi, summe rerum,*

*Mi Pater, qua sit breuitas dierum,*

*Terminus vitæ mihi quàm sit arctus,*

*Da meminisse.*

*Quid mei sunt, quaeso, dies, Iehoua?*

*Sunt velut palmus, nimis heu fugaces:*

*Estq; te coram mea vitâ, tanquam*

*Si nihil esset.*

*Quanta sunt coram te homines maligni,*

*Quanta securi, ac animo superbi,*

*Vanitas quàm vana, fugaxq; vana*

*Gloria mundi est.*

Tam

Tam citò haud noctis caua transit umbra,  
Quàm citò humana fugit aura vita,  
Colligunt gazas, neq; quis sit hares,  
Dicere norunt.

Ergo cui fidam, tibi quàm, Iehoua?  
Redde me culpa scelerisq; purum,  
Neu sine, ut fiam fatui dicacis  
Rifus in ore.

Nunc erit prorsus mea lingua muta:  
Nam Dei tutus clypeo iuuabor:  
Mitiga pœnas: mihi cor dolore  
Exanimatur.

Nunc triumphantes homines proterui  
Sentient olim, tua quàm grauis sit  
Plaga, quæ vestes veluti teredo,  
Omnia vastat.

Tu preces audi, Domine, aure leni  
Supplicis: cum sim peregrinus hospes,  
Et tamen ciuis tuus, ut mei omnes  
Progenitores.

Parce contrito, ut recreer, priusquam  
Opprimat pectus mihi languefactum,

*Handwritten signature or scribble*

Hæc

Hac mali vis, qua crucior, priusquam hinc  
Cogar abire.

PSALMVS XXXX.

Expectans expectavi Dominum, &c.

**A**Nxius expecto Dominū: mihi dexter adhæ-  
Et querulas patula percipit aure preces. (ret,  
Eripuit cæno miserum, fossaq; profunda:

In petra statuit, ne caderentq; pedes.

In noua fert animus, diuino carmina nutu

Dicere, vt his celebrem fortia facta Dei.

Hac recinente choro, mulcebunt suauiter aures

Multorū, vt statuant spemq; metumq; Deum.

Cui Dominus spes est, o terq; quaterq; beatum:

Væ cui vana cohors, turba superba placet.

Summe Deus, quàm magna tua est et mira pote-

Intima quàm cordis sensa profunda tui. (stas,

Queis miserum & mortale genus tua dextra gu-

Non est, qui toto par sit in orbe tibi. (bernat,

Et quamuis numero non assequar omnia, partem

Commemorans, grato pectore & ore canam.

Non holocausta tibi festas oblata per aras,

Sacrificauē placet victima cæsa manu.

L

At tua

At tuus has ideo digitus mihi perforat aures,  
Vt pateant verbo, sancte Jehoua, tuo.  
Me, me adsum dixi, veniam quocunq<sup>3</sup>, volet fors,  
De me non aliter pagina sacra refert.  
Prompto animo subeo, Deus o, qua iusseris, & lex  
Est tua visceribus consociata meis.  
In celebri cœtu per me tua iussa patebunt,  
Et labia in laudes semper aperta tuas.  
Iusticias, Deus alme, tuas per secula pandam,  
De bonitate tua, deq<sup>3</sup>, salute loquar.  
Non adoperta latet bonitas, mihi nota fidesq<sup>3</sup>,  
Sed sacri cœtus laude tua resonent.  
At tua, sancte Deus, bonitas ne cesserit à me,  
Sint mihi custodes dextera & alma fides.  
Obsedere graues nimis anxia corda dolores,  
Officiunt oculis crimina fœda meis.  
Esto, pilos capitis numeres: sunt crimina plura,  
Hinc me animi vires destituere mei.  
Ne tibi displiceat, miserum seruasse periculis,  
Promptus in auxilium sis, pater alme, meum.  
Quàm multi, qui percipiunt mihi perdere vitam:  
At confundantur, qui mala quæq<sup>3</sup>, struunt.  
Retrò abeant properè, pudor anxius occupet ipsos,  
Qui

Qui mala, non merito, pessima quaeq; volunt.  
Qui ter, Io, clamant, letantes sorte maligna,  
Sapè pudefiant turpiter atq; cadant.  
Exultent, tua qui sanctissima nomina querunt,  
Lati te celebrent carmine perpetuo.  
Et quibus alma salus cordi & tua gloria, dicant:  
Maeste tua, omnipotēs, laude et honore, Deus.  
Nudus, inops, pauper, vagg, et miser, orbq; et erro,  
At Dominus curam suscipit ipse meam.  
Tu mihi protector, Deus, es, vindexq; fidelis,  
O Deus accelera, ne, rogo, differ opem.

PSALMVS XLI.

Beatus vir, qui intelligit &c.

**B**Eatus ille, pauperem qui suscipit,  
Pressiq; causam protegit.  
Hunc liberabit, ecce, duro tempore,  
Deus parens mortalium.  
Seruabit ipsum, perq; plurimos sinet  
Dies valere & viuere.  
Bonis eum Deus beabit omnibus,  
Nec tradet hosti noxio.



Ac recreabit in doloris lectulo,  
Morbisq; reddet liberum.  
Sis, dixi ego, Deus, mihi protectio,  
Anima mea solatium.  
Offensus es meo, Iehoua, crimine,  
Hoc prorsus aufer expians.  
Mihî hostis inuidus necem optans et parans,  
In uerba fertur talia:  
Ecquando hunc auferet mors atrapeſſimum?  
Quando peribit funditus?  
Me cum ueniret ut uideret languidum,  
Locutus eſt vaniſſima.  
Egreſſus à me mox foras ſed omnia  
Calumnioſe prodidit.  
Hinc impii inter ſe ſuſurrant, & dolos  
Et machinas excogitant.  
Me perdituri fraude, ſi ſuccederet  
Maligna conſpiratio.  
Exiſtimant ſtratum ſemel reſurgere,  
Non poſſe uiribus ſuis.  
At de feris quid conqueror multa hoſtibus?  
Amicus, ecce, quid facit?

Paul

*Pavi meo quem panē delicatule  
Pedibus me calcat perfidus.  
At tu, Deus, meos lacertos erige,  
Referre par pari ut queam.  
Iam cerno, quòd cura tibi sum, mi Pater,  
Meoq; gaudes munere.  
Quòd non sinis de me, velut victo, Deus,  
Hostem triumphos ducere.  
Integritas mea efficit, quòd me tuo  
Defendis almus tegmine.  
Ac ante vultum collocas me quòd tuum,  
Hoc sanctitas mea efficit.  
Æterna laus Dei Jacobi firma sit,  
A seculis in secula.*

PSALMVS XLII.

Quemadmodum desiderat ceruus &c.

**V***T canibus, ceruus fugiens, urgentibus ipsum,  
Per fossas, per saxa, nemus, desertaq; vasta,  
Per cultos agros, frondentes undiq; sylvas,  
Vix tandem elapsus, gelidos adspirat ad amnes:  
Sic mea mens agitata diu à stringentibus enses  
Hostibus, Et capiti iam nunc instantibus: ad te*

Viuificans verè qui fons es: languida anhelat.  
Te sitio, nomenq; tuum, Deus alma, requiro.  
Quando igitur puro radiantes aethere sedes,  
Nulla ubi sunt lacryma, sed gaudia cuncta, vide-  
Ingrediar uè, Dei et faciem ferar ante beatã? (ho?  
Stillatis lacryma caput hoc velut imbre madescit:  
Est cibus usq; adeo is mihi quotidianus, eodem,  
Ut fletu ceu pane frui videarq; foueri.  
Dum fessos abducit equos Sol, dumq; reducit,  
Impius insultans verbis mihi talibus hostis  
Obiicit assidue: Dominus te nonne relinquit?  
An tibi speranti auxilium mox affore credis?  
Spes iuuat ista nihil, nihil est quod languido instes.  
Dum miser hæc autem mœrenti mente reuoluo,  
Hos gemitus animo tristes traho, cum reminiscor  
Quod templum cætu populi comitantis adibam,  
Exultans, gratesq; Deo lato ore reportans.  
Mitte tuos tantos lætus, mens, mitte dolores:  
Nil prodest ita turbari, quin plangere cessa,  
Nam Dominũ, insidiis seruatus ab omnib; illum,  
Quo mihi dante, salus dulcis veniet, celebrabo.  
Viribus ast animi desertus ab omnibus angor  
Nunc, dum concipio, veterem Iordanis ad undas  
Mente

Mente fugã, et latebras circa iuga Mizaris alta  
Vertice quando vagus versabar in Hermonis isto.  
En rapidus surgit rapido de gurgite gurges,  
Tuq; graui sonitu demittis ab aethere nimbos,  
Ac tempestatum fluctus effundis & imbres,  
Desperare tamen nolo, quia magna Iehouæ  
Gratia me spectans patri a bonitate iuuabit,  
Hocq; mihi laudes praebebit nocte canendas,  
Implorare Deum nec vox mea desinet unquam.  
Quid faciam? dicamne Deo, qui petra salutis:  
Deseris heu miserum? potius succurre relicto.  
Ne sine, quaeso, malos ita collo infurgere nostro  
Semper inhaerentes: mea cur dolor ossa fatigat?  
Anxia cur molles exhaurit cura medullas?  
Audio quotidie probris me talibus hostem,  
Impetere, ut dicat: Deus est ubi maximus ille,  
Quem tua nunc adeo vox praedicat, atq; requirit?  
I, cole, quem laudas: permitto, si modo habebis  
Praesentem, inq; malis tibi cunctis subuenientem,  
Iam nihil est quod fides ei, quod eum veneraris.  
Sed tu pone metum, mea mens, excludito curam,  
Sollicitam, & luctum moderare, nec anxia corda  
Sic tua turbentur, statuet Deus his quoq; metam.

Erige

*Erige te potius, spera auxiliumq; Jehoua,  
Huius ope adiutus bonitatem mox celebrabo  
Hac ego voce: Deus meus & munitio firma es.*

PSALMVS XLIII.

Iudica me, Deus, & discerne &c.

**T**V Deus o, rerum princeps, meus aequior esto  
Vindex: tu partes adfere, quaso, meas.  
Me, rogo, defendas, ne versutissimus hostis  
Opprimat, & sauo me domet ille iugo.  
Robur enim nemo, nisi tu, mihi reddis & auges,  
Cur igitur pulsum me sinis esse, Deus?  
Mene diu tristi videas incedere vultu,  
Dum meus hostis adest, instat, et urget atrox?  
Mitte tuam lucem, verum quo cernere possim,  
Et sic omnis erit semita trita mihi.  
Ad tua sic veniam sacrati culmina montis:  
Te duce, me sistens, est ubi sancta domus.  
Eius tunc iterum supplex altaria visam,  
Qui fons laticia, deliciiq; mei.  
Atq; tuas cithara laudes celebrabo sonora,  
Carmina gratanti pectore leta canam.  
Mens mea, cur tristis, rapido cur angeris astu?  
Mœsta

*Mæsta quid affligis corda premente metu?  
Fide Deo, cui nunc latus præconiâ dicam,  
Namq; salutis erit causa caputq; mea.*

PSALMVS XLIIII.

Deus, auribus nostris audiuius &c.

**C***uius ab eterno diuina potentia nota est,  
Tu, qui sine cares principioq; Deus.  
Auditu patuit nobis patrumq; relatu,  
Quanta suo fuerint edita signa suo:  
Quando illos docuit tua dextera cadere gentes,  
Dilectoq; dedit rura habitanda tuo.  
Quando alienigenas statuisti perdere, vt horum,  
Subiiceres populo regna tenenda tuo.  
Non tamen hanc hominum gladii tenuere salutē,  
Tumq; suo victor robore nemo fuit.  
At dextra virtute tuæ victoria parta est,  
Tradidit hæc nobis regna tuusq; fauor.  
Nostrorum integritas, & auorum vita, fidesq;  
Præ cunctis populis, complacere tibi.  
Nunc tu, summe Deo, mihi Rex fortissimus idem  
Qui tua Iacobo firma statuta dabas. (es,  
Vindice, nam nostros, te, debellabimus hostes,*

M

Nomine

Nomine sternetur gens inimica tuo.  
Non arcus Scythicus mihi spes, celeresq; sagittæ,  
Nec gladius tutum reddit ab hoste truci:  
Sed tua dextra, Deus, vires ac robor a prestat,  
Et reprimat, nobis qui, male, cunq; volunt.  
Hinc tua perpetua decorabunt nomina laudes,  
Quæ te non celebret, non erit vlla dies.  
At nunc abiicimur? cur iam pudor occupat agros?  
Vn nostras acies deseruisse, Deus?  
Nos ne ideo fugitiua sinis dare terga, inimici  
De nobis casis, vt spolia ampla ferant?  
Nos, ouibus similes, mactamur præda malignis,  
Dispersi in gentes, nos tua turba, sumus.  
Nos vili vendis precio, ceu sordida scruta,  
Abiiciens plebem, vt triste catharma tuam.  
Opprobrium finis, te permittente, propinquis,  
Vicinis sanna & fabula fœda sumus.  
Nos exempla sinis fieri & prouerbia cunctis  
Gentibus, hæc rident & capita alta mouent.  
In nos ante oculos dispergunt scommata, nostros  
Obtegit hinc faciem sanna pudorq; meam.  
Quot blasphemantum cogor conuicia ferre?  
Quorum odii seui somnia vultus habet.

Hæc,

Hæc, licet indignè, patimur: memores tamen almi  
Fœderis, obliti non tua iura sumus.  
Nunquam fœdis fragi defecimus, at tua pacta  
Seruando, fortes in statione sumus.  
Cur igitur sæui nos oppressere Dracones?  
Cur nos Cymmeriis obruimur tenebris?  
Si neglecta Dei iacuisſent nomina nostri,  
Hæc, manus tensa ad numina falsa forent.  
Id Dominũ iustam meritò inflammasset ad iram:  
Intima qui videt, & viscera nostra probat.  
Quotidiè cadimus propter tua nomina caesi:  
Mactandis ouibus conferimur miseri.  
Surge Deus, noli longè indulgere quieti,  
Euigila, nec nos destituisse velis.  
Cur adeo abscondis faciem & tua lumina, nostri  
Immemor & fletus, nec memor interitus?  
Nostra anima est siquidè terra inclinata, nec au-  
Stratq; humi infirmo surgere vèter humo. (det  
Eia age, surge opifer nobis, fortissime Diuũm,  
Pro bonitate tuos restituisse velis.



PSALMVS XLV.

Eruçtauit cor meum verbum &c.

**G**Estit ouās animo mihi pangere dulce poëma,  
 De Rege eximio carmina lata canam.  
 Hic mihi tam prono decurret flumine lingua,  
 Quàm velox scriba non manus esse potest.  
 Tu natos hominum, forma, specieq; venusta  
 Anteuenis, mellis sunt tua labra fauus:  
 Propterea à Domino tibi gratia tanta reposita est,  
 Quam poterit merito nulla abolere dies.  
 Ergo tuum latus ense tuo cinge, inclyte vindex,  
 Ornatu niteant membra decora nouo.  
 Pralustrem cultum comitentur fortia facta,  
 Quis miserisq; iuues, iusticiamq; colas.  
 Tunc tua dextra potens miracula, et facta stupenda  
 Edet, erunt laudis quæ monumenta tua.  
 Tela, quibus ferias hostem, sunt cuspidè acuta:  
 Concidet ante tuos vis inimica pedes.  
 Et thronus immotus tibi secula cuncta manebit,  
 Sceptra tui regni florida semper erunt.  
 Iusticia assertor, iuris defensor Et equi,  
 Odisti ex animo turpia facta pio.

Hinc

Hinc te laticia Deus, & pinguedine oliua  
Vnxit, praesociis, propter eosq; tuis.  
Vestimenta Aloen Myrrham spirant Casiamq;  
Limina cum thalami linqvis eburna tui.  
Nympharumq; chorus comitatur, regia proles,  
A dextris sponsa est aurea tota tuis.  
Nunc audi atq; vide, mea filia, sensibus imis  
Accipe, qua moneo, mente memorq; tene.  
Rege tuo excluso, populum ne respice auitum,  
Anxia nec patria sit tibi cura domus.  
Tunc tuus egregio Rex delectabitur ore:  
Nam Dominus verè est hic tuus atq; Deus.  
Scilicet hunc unum vero venerabere cultu,  
Ut tua placato sint rata vota patre.  
Urbs Tyrus ipsa tibi, Rex fit cum munere supplex,  
Diuitiis clari teq; precando colunt.  
Gloria regalis nata nitet intus, & auro  
Eminet in texto vestibus illa foris.  
Ducitur ad Regem, Phrygiam arte veste decora,  
Et comites Nymphae ponè sequuntur eam.  
Laticia & plausu comitante palatia Regis  
Ingrediuntur, ubi splendida pompa viget.  
Hinc tibi succedent patribus non inferiores

Fili, et hos habeant climata cuncta Duces.  
Nominis ipse tui faciam meminisse nepotes,  
Ut populi grates hinc tibi semper agant.

PSALMVS XLVI.

Deus noster refugium & virtus, &c.

**D**EVUS meum solatium,  
Et fortitudo protegens,  
Idemq; asylum est unicum,  
Et robur in periculis,  
Suos fideles adiuuans.  
Nil ergo nos timebimus,  
Orbis licet fractus ruat,  
Et fluctibus motum fremat  
Minax mare, atq; turgeat,  
Voluatq; montes maximos:  
Tamen Jehouæ maximi  
Immota stabit cinitas,  
Firmata turribus suis,  
Suis rigata riuulis.  
Suo tuetur optimo  
Vrbem suam munimine,  
Munusq; præsidis gerens

Tutatur

Tutatur à periculis.  
Tumultuentur impia  
Gentes metu perterrita,  
Et regna mundi concidant,  
Opesq; terra defluant,  
Deus fragore maximo  
Quando dabit tonitrua.  
Deus Jacobi Prepotens,  
Deus Zebaoth Maximus  
Manu sua nos erigit,  
Dextrà suà nos protegit,  
Virtute nos sua adiuuat.  
Venite gentes, cernite  
Opus Dei mirabile.  
Venite gentes, cernite  
Præclara facta huius Dei.  
Venite gentes, cernite  
Insigne robur Numinis,  
Quod bella sedat omnia,  
Componit & certamina.  
Quod frangit arcus ferreos,  
Hostisq; tela conterit.  
Hæc vox Iehouæ est maximi,

Tacete,

Tacete, gentes, cernite,  
Quòd sim Deus magnus, potens,  
Paransq; gloriam mihi,  
Terrarum in orbe amplissimo,  
Victis triumphans hostibus,  
Domansq; gentes efferas.  
Deus Iacobi prepotens,  
Deus Zebaoth prepotens,  
Manu sua nos erigit,  
Dextrà suà nos protegit,  
Virtute nos sua adiuvat.

PSALMVS XLVII.

Omnes gentes plaudite manibus, &c.

**P**laudite, terrigena, manibus cunctiq; Iehoua,  
Hymnisonum, populi, psallite voce melos. 2  
Terribilis Dominus caelo, terraq; tremendus, 3  
Terrarum Dominus conditor atq; poli. 4  
Ille iugo forti populorum colla domabit, 5  
Nam pedibus Domini subiacet omnis homo. 6  
Ille sui haeredes regni nos legit in auum, 7  
Qui sumus Isacida gloria, laus & honor. 8  
Insigni pompa Deus est euectus in altum, 9  
Quem

Quem clangore tuba concinat omnis homo.  
Carmina fert Deo, praconia grata Iehoua  
Psallite, sunt Regi carmina danda Deo.  
Ipse etenim terra Rex est, & Rector Olympi,  
Huic cantate Deo iubila, voce pia.  
Gentibus ille datus Princeps, & Dux populorum  
Est positus, celebri laude & honore, throno.  
Imperio Domini se submisere Tyranni,  
Ut fierent Tharida grex populusq; Dei.  
Altior haud illo est Princeps, ullusue Monarcha,  
Ille gerit Regum sceptratremenda thronis.

PSALMVS XLVIII.

Magnus Dominus & laudabilis, &c.

**C**VM sit ubiq; potens Deus, & super omnia  
magnus,

Monte suo sancto Maximus esse solet.

Fronibus arboreis ut gaudet natio tota,

Sic gaudent sancti monte Sione tui.

Qua latus ad Boream spectat, septemq; triones,

Hac sita sunt regis mœnia celsa tui.

Ipse Deus residet, per lata palatia, notus

Quod velit esse Pater, presidiumq; suis.

N

Multi

Multi etenim reges coniunctis viribus, ecce,  
Accessere quidem, præterire tamen.  
Admirabantur tam splendida tecta videntes,  
Obstupuere simul, tergaq; versa dabant.  
Tum timor atq; pauor cunctos inuaserat, ut sit,  
Anxificopartu fœmina cum premitur.  
Disicit ipse graues spaciosa per aquora puppes,  
Turbine ventorum & murmura raua ciet.  
Qua retulere patres nobis, ea cernimus ipsi  
In celso Domini presidio Zebaoth.  
Urbe in ea Dominus, sibi quam delegit, ut esset  
In nullos vnquam deicienda dies.  
De bonitate tua certi, Deus, ecce, manemus,  
Seruantes templi limina sancta tui.  
Ut tua per cunctas celebrantur nomina terras,  
Sic tua erit cunctis gloria nota plagis:  
Dextera nota Dei est prostratis Marte tyrannis,  
Iusticia laudis non habitura modum.  
Mons letare Sion, nata latentur Iuda,  
Ob merita & dextra facta stupenda Dei.  
Huc agite effusi, propè mœnia celsa Sionis,  
Nemo huius turres non reuerenter amet.  
Extruite ò muros: facite, alta palatia surgant,  
Tota

*Tota sit illorum posteritasq; memor.  
Ne gentes quarant alios, noua numina, Diuos,  
Sed metuant solum hunc, ritè colantq; Deum.  
Qui sine principio, sine fine manebit in aeuum,  
Qui nos per uita tempora cuncta fouet.*

PSALMVS XLIX.

*Audite hæc omnes gentes, &c.*

*A*uribus attentis estote & mentibus omnes,  
Quotquot ubiq; homines vastus hic orbis ha-  
Sine sit obscurus media de plebe oriundus, (bet.  
Sine alios sceptro præcipiente regat.  
Seu sit pauperie pressus, seu latus habendo,  
Quotquot terrarum climata cuncta tenent.  
Eloquar ore meo, quæ sit sapientia uera,  
Quæ profint aliis, mente docebo pia.  
Sermonem egregium & prouerbia pura locutus,  
Dulce melos cithara leta sonante canam.  
Cur metuam nimbos reproborum acresq; procellas,  
Cum me obtreçtatrix ledere lingua studet?  
Qui sibi spem ponunt in rebus mox perituris,  
Qui sibi diuitias constituere Deum.  
Anxius hic labor est, & deuius error habendi,



Inde etenim vita commoda nulla ferunt.  
Nam tibi seu frater seu sit redimendus amicus,  
Non potes his precio conciliare Deum.  
Ardua res pro anima est morituri solvere lytron,  
Non quenquam rediment vlla caduca bona.  
Quantumuis seros vitam producat in annos,  
Et mortis speret spicula abesse procul.  
Una terenda via est stolido simul & sapienti,  
Omnibus ad mortem ianua & una patet.  
Tunc & opes aliis, quas collegere, relinquent:  
Forsitan his, hostes quos habuere prius.  
Horum delicia votumq; & summa voluptas,  
Perpetuo stabiles posse habitare domos.  
At sint leta diu, sint firma palatia eorum,  
Gloriaq; in terris magna sit, atq; vicens:  
Non tamen hic omni durabit tempore splendor,  
Sed veluti pecudes mors abolebit eos.  
Hoc studium ipsorum, labor, ac vesania vana est,  
At tamen applaudit posteritasq; fauet.  
Sicut oves stabulis maectanda abduuntur opacis:  
Sic istos Orci limina caeca tenent.  
Mors etiam tales sine fine arrodit auara,  
At pius hos, sceptro praedominante, premet.

Sic ho

*Sic horum fastus citò & effera corda peribunt,  
Mergetur stygiis gloriaq; omnis aquis.  
At Deus hanc animam vinculis dissoluet auerni,  
Me siquidem & causam suscipit ipse meam.  
Ne moue are, opibus si quis ditescat opimis,  
Fulgeat & splendor, gloria & alta domus.  
Aurea nulla etenim morientes vasa sequuntur,  
Nec comitabuntur gloria, laus & honor.  
His quia deliciis viuentes cum fruerentur,  
Omnibus hac visa est vita beata modis.  
Sic patrum insani vestigia cæca sequuntur,  
Nec veræ laudis lumina clara vident.  
Vsq; adeò verum est: Homo laude et honoribus au-  
Cui mens non sana est & pietatis eget: (ctus,  
Hic pecori similis, terrena hæc regna relinquit,  
Non illum nomen nec bona fama manet.*

PSALMVS L.

Deus Deorum Dominus, &c.

**C**onuocat Omnipotens hominum genus omne  
tremenda

Voce Pater, mundi partes Deus aduocat omnes,  
Solis ad occasum vox fertur Solis abortu

N 3

Maiestas

*Maestas Domini illustris de monte Sione.  
Emicat adueniens noster Deus, annè silebit,  
Cum tanto sonitu gentes sibi congreget omnes?  
Ignis edax ipsum præcedit, nec minus illum  
Flamma vorax sequitur, tempestas turbine seuo  
Et tonitru horribili cingit latera ardua Iouæ,  
Cælos & terras & cuncta creata vocauit,  
Judicet ut populos, ut prauos vindicet ausus,  
Utq; sui cætus possit cognoscere causam,  
Congregat ipse pios Dominus, qui sancta Iehouæ  
Pacta sui pluris faciunt, quàm cuncta holocausta.  
Iusticias Domini cælestis machina narrat,  
Ipse Deus Iudex atrociam crimina punit.  
Audi, inquit, iusti, popule, es qui semen Abrahæ,  
Auribus attentis hæc, quæ loquor, accipe & imis  
Sensibus Israël, quæ nunc tibi dico, reponas,  
Unicus en ego sum Dominus tuus atq; Iehoua,  
Me cole, meq; time, toto me dilige corde.  
Quid tua sacra mihi, qd fusa holocausta per aras,  
Quid due mihi oblata profunt libamina thuris?  
Non pingues equidem tauros nec posco iuuenços,  
Nec teneros hædos, pastos nec frugibus hircos.  
Sunt mihi tam volucres findentes æthera pennis,  
Grandia*

Grandia quàm cete, piscesq; per aquora nantes,  
Possideoq; feras sylvarum lustra colentes,  
Atq; armenta, metunt quæ morsu gramina campi:  
Deniq; tot pecudum, quot millia montibus errant,  
Sunt mea: nullus amor stomachū mihi tentat edē  
Et meus est omnis terrarum tractus et orbis. (di,  
Nec tamen aut vescor vitulorum carne boumūe,  
Vllius aut hirci bibo gutture & ore cruorem.  
Quin potius mihi tu grates afferto precesq;  
Sacrificansq; Deo laudem, tua reddito vota,  
Meq; voca implorans, cum te labor et dolor angit.  
Tunc tibi succurram, tunc ereptusq; periculis  
Tu laudes celebrato meas, mihi dicitō grates.  
Pono: his alloquitur Deus impia pectora verbis:  
Quid tibi vis? quæ iura doces mea? cur mea iactās  
Fœdera cū sanctis pacta immūdo ore prophanas?  
Cum sis contemtor legis, pietatis & osor,  
Cum sis scortator fœdus, cum turpis adulter,  
Cum socius furum sis, cum tibi vera negare,  
Falsa loqui, nullus pudor & sit summa voluptas?  
Afficiensq; probris fratrem, conuitia spargas?  
Hæc facis, atq; tui similem fore me quoq; fingis.  
Quandoquidem tacui: at tristis te pœna manebit,

Hoc

Hoc saltem vos scite, Deum qui spernitis ipsum,  
Non leue supplicium de vobis sumere velle,  
Cum rapiã, inquit, ego vos, nulla mihi eripiet vis.  
At mihi sacrificans laudem me glorificabit,  
Hac via monstrat iter verã portumq̃ salutis.

PSALMVS LI.

Miserere mei Deus, secundùm &c.

**M**itis vt es, placido miserum me respice vultu,  
Peccati maculas abluere corde meo.

Redde meum pectus patrato à crimine purum,  
A me tolle, Pater, tu scelus omne, Deus.

Nempe tibi fateor soli scelus omne patratum,  
Et peccata tibi detego cuncta Deus.

Te solum offendi, moui tua numina ad iram,  
Ergo mei admissi criminis vltor eris.

Namq̃ tuum nequeo diuinum fallere numen,  
Tu solio è summo conspicias omne scelus.

Ecce ego conceptus matris peccator in aluo,  
Criminibus cumulo facta patrata nouis.

At verax tuus est sermo, veracia verba  
Veracisq̃ probans cordis & oris amas.

Ergo meum hyssopo cor queso asperge, Ichoua,

Vt ni

Vt niue candidius te sine labe colat.  
Redde mihi abluto tua gaudia, redde salutem,  
Ossa ut latentur fracta timore tui.  
Iratos vultus commisso à crimine verte,  
Tuiq; meum dele, mi pater, omne scelus.  
Eia age, summe Deus, cor purum crimine redde,  
Meq; tuo sancto flamine, quaso, rege.  
Aq; tua facie renouatum proiice nunquam,  
Semper & afflatu sanctificante rege.  
Restituens lapsò mihi gaudia certa salutis,  
Spiritus exhilaret pectora mœsta tuus.  
Da, Deus, exemplo monitus meo ut hostis iniquus  
Delicti veniam querat habere sui.  
Crimen adulterii & commissæ expungito cadis,  
Qui Deus es clemens vita salusq; mihi.  
Tunc mea iusticiam narrabit lingua Iehoua,  
Tunc referet laudes vox mea ubiq; tuas.  
Si tibi de caesis tauris holocausta placerent,  
Offerrem meritis forsàn & ista tuis.  
Sed tibi contriti placet vnica victima cordis,  
Et tibi præter eam nulla holocausta placent.  
Instaura Solyne muros, decus atq; Sionis,  
Hæc repara, clemens ô Pater, atq; Deus.  
○ Tunc

Tunc tibi, qua imponent sancti, sacra donaplace-  
Gaudebis caso sic boue, iuste Deus. (bunt,

PSALMVS LII.

Quid gloriaris in malicia? &c.

**A**cta cur propter mala gloriaris?  
Effer a quid mente agitas, Tyranne,  
Spiritus tantos, quibus intumescens  
Diraminaris?

A suis clemens Deus haud recessit,  
Durat eterno bonitas Iehoua.  
Seculo, mitis manet, & benignus  
Fons perennis.

Tu tamen pergis mala machinari,  
Pessimam linguamq; acuis noua clæ  
Instar, ut sanctis noceat, piosq;  
Vulnere ledat.

Pro bono prauum loqueris, Tyranne,  
Falsa pro veris loqueris, maligne,  
Cuncta moliris mala, cuncta damnas  
Ore doloso.

Te sua dextra feriens, Iehoua,  
Ædis expertem faciet sacrata,

Vt

*Vt vagus toto & fugitiuus erres  
Exul in orbe.*

*Talibus pœnis quoties videbunt  
Te pii oppressum: magis hinc timebunt  
Vindicem Iouam, tibiq; exprobrabunt  
Impietatem.*

*Sic enim dicent: Adeone spreuit  
Iste vir fidens opibus, Jehouam,  
Vt suo semper fore se putaret  
Robore tutum.*

*Instar at pinguis viridisq; oliua,  
In tabernaculo Domini manebo,  
Me Deo credens, Dominoq; fidens  
Pectore toto.*

*Gratias semper referam Iehouæ,  
Qui suis præsto est ope perbenigna,  
Et tuum digno celebrans ubiq;  
Nomen honore.*

PSALMVS LIII.

Dixit insipiens in corde suo, &c.

**I**nsipiens animo concepit talia dicta:  
Non est Deus, qui crimen vllum vindicet.



Planè corruptus reprobus monita omnia spernit,  
Deus sed hos abominatur impios.  
Conspicit è celfo mortales aethere Ioua  
Quaerens in orbe, sintne qui Deum colant.  
Defecere simul cunèti & spreuere Iehouam,  
Nec vnus est mortalium, qui rectè agat.  
Quando sed agnoscent isthoc, qui viscera sugunt  
Plebis pia, gaudentq; fuso sanguine. (lus,  
Non metuenda timent, Dominũ non inuocat vl-  
Huic vanus horror impium cor territat.  
Iccirco frangens Deus horum disuicit ossa  
(Vt sternit omnes arrogantes pectore.)  
Nunc è monte, pater, rogo, mitte Sione salutem,  
Tuosq; duro liberos da carcere.  
Vt gens ffacida latetur, posteritasq;  
Veris piorum perfruatur gaudiis.

PSALMVS LIIII.

Deus, in nomine tuo saluum me &c.

**P**ER tuum nomen rogo te, Jehoua,  
Sis mihi adiutor, doceas, benigne  
Me pater, leges tue are vindex  
Et tua iura.

Audias

*Audias clemens mea te vocantis  
Verba: te praesens moueat periculum,  
Quo premor, ne sint mea deprecantis  
Irrita vota.*

*Me premunt hostes etenim superbi,  
Est quibus cervix rigida atq; dura,  
Nec mali digno celebrant honore  
Numina sancta.*

*En me as partes Dominus tuetur,  
En fouet pectus mihi corq; fulcit,  
Et quibus vincam iugulum petentes,  
Robora mittit.*

*Ille persoluet meritam malignis  
Hostibus pœnam, mala eis rependens,  
Dexteræ hostilis quoq; dissipabit  
Fortiter ausus.*

*Tunc tuum numen celebrabo laude,  
Nomen extollam tuum honore digno,  
Facta virtutesq; tuas tacebunt  
Hæc labra nunquam.*

*Quippe me quouis Deus è periculo  
Liberas, & me tegis à maligno*

O;

Hoste,

*Hoste, quem sternis, noua ut inde carpat  
Gaudia visus.*

PSALMVS LV.

Exaudi Deus deprecationem &c.

**E**Xaudi Deus, & querulantis percipe vocem,  
Et ne sint precibus corda aliena meis.  
Me Deus ausculta, tu percipe verba vocantis,  
Admitte & querulas, quas tibi fundo, preces.  
Nam qd nō hostes mihi et impia turba minantur?  
Incantum ut perimant, retia cacaparant.  
Insidiasq; struunt, auibus ceu callidus auceps,  
Ira, odio, vitæ dant mala multa mee.  
Tristia corda premens dolor occupat omnia mem-  
Terrores mortis sustineoq; graues. (bra,  
Horror & inuasit tremor anxia viscera, torpet  
Lingua, metu subito diriguere coma.  
O utinam, dixi, celeres quis conferat alas,  
Quarum remigio sit mihi tuta quies.  
Ferrer in antiquam syluam & loca disita longè  
Quæ populi à cætu tristis eremus habet.  
Effugerem nymbos, tempestatesq; sonoras,  
Accelerata, essem tutus ab hoste, fuga.

Hostis

Hostis at ut linguis discordibus ora loquatur,  
Fac Domine, ut subitis intereatq; malis.  
Quandoquidem rixas, violentaq; iurgia cerno,  
Civesq; his patriam dilacerare suam.  
Hac studia exercent noctesq; diesq; vicissim,  
Regnat in his muris dum labor atq; dolor.  
Dum decus esse putant mentiri, fallere cunctos,  
Decipere, & variis ladere posse modis.  
Quod si forte mea fama obtrectauerit hostis,  
Æquo animo tulerim probra, iuuante Deo.  
Quod si insultarent validi tumidiq; tyranni,  
Sperem me certo posse latere loco.  
At te, qui socius, qui Dux, qui sanguine iunctus,  
Qui mihi consilio Rector & autor eras:  
Qui simul ad templum mihi coniunctissimus ibas,  
Hac mihi pro meritis retribuisse, queror.  
Morte mala pereant, viui rapiantur ad Orcum,  
In quorum fraus hac perfida corde sedet.  
At Deus auxilium mihi supplice voce petenti,  
Auxiliatrices porrigit ipse manus.  
Mane nouo, et mediū cum Sol conscēdit ad axem:  
Vespere & occiduas cum caput abdit aquas:  
Te Dominum rauco clamore in vota vocabo:  
Tu mi

NS.

Tu misero presens auxiliator eris.  
Pessima turba hominum mihi sese opponere ten-  
Illorum reprimis praelia, meq; tegis. (tat:  
Huic anima requiem praestat Deus, innumerisq;  
Hostibus ereptam suauiter usq; fouet.  
Audiet orantem me, inimicos puniet omnes,  
Cervices franget, qui sine fine manet.  
Non sperare licet, tales fore pacis amantes,  
Nulla quibus Domini gutta timoris inest:  
Qui pacem violant, qui ledunt pacis amantes,  
Transgressi pactum iuraq; sancta Dei.  
Lubricitati oris butyrum cedit opimum:  
Ast animo hostili nil nisi bella crepant.  
Mollia verba fluunt illis, ceu succus oliuae,  
Et tamen occulte tela cruenta gerunt.  
Sollicitas Domino curas committe potenti,  
Is ceu mater alet te pia lacte suo.  
Nec sinet aeterna credentes pace carere,  
Imò dabit latos his aliquando dies.  
Agmina praecipitans in fossas tristis auerni  
Impia, saluari non patiare Deos.  
Sanguinolenta dies vitæ non dimidiabit,  
Factio, cui studium est fraude nocere bonis.

Ast

*Asi ego te firmam posui spem, fidere soli  
Constitui Domino, qui mihi certa salus.*

PSALMVS LVI.

Miserere mei Deus, quoniam &c.

**P**ropitius mihi sis, Deus, & defende ministrū:  
*Quem miserum gladiis vis inimica petit.  
Exagitantq; modis indignis corde superbi,  
Cui fera bella mouent, arte struuntq; dolos.  
Hi me quando premunt, spem fortem pono Ieho-  
Extollo variis laudibus acta Dei. (uam,  
Confidens Domino metuam non vlla pericla,  
Speranti in Dominū nulla timenda caro est.  
Quotidiē torquent hostes mea verba, nec andi  
Exquirunt causas, insidiasq; parant.  
Obseruantq; mei tacitē vestigia gressus,  
Vt circumueniat me male fraude sua.  
Fallere non dubitant ipsum te posse Iehouam,  
Titanum hanc sobolem maxime perde Deus.  
Te numerasse fugas lacrymasq; meas mihi certum  
Has legis in libro, & colligis vtre tuo. (est,  
Hinc est, quod fugiunt hostes metuuntq; Jehoua  
Fulmina, quem mea mens inuocat atq; colit.*

P

Glorior

*asclepiaden* Glorior in Domini verbo, celebrabo benignum,  
Et mihi propitium tempus in omne Deum.  
Quid mihi obesse queat, noceat quid turba malo-  
Omnia committam cum mea meq; Deo. (rū?  
Huic mea vota uni persoluam pectore grato,  
Quaq; licet laudes voce vel arte canam.  
Tu siquidem hanc animam lethi formidine soluis,  
Ne titubent, firmas in statione pedes.  
Letus ut ante tuos oculos tua lumina cernens,  
Vivifica hac felix commoditate fruam.

PSALMVS LVII.

Miserere mei Deus, miserere &c.

**S**IS queso, Pater o, propitius mihi,  
Sis clemens, Deus o, propitius mihi,  
Mens in te Domino spem posuit mea,  
Confidit mea mens in Domino suo.  
Sub tuto recubat tegmine cor meum,  
Donec saevities transeat improbi.  
Excelsum Dominum subditus inuoco,  
Et supplex Domini subsidium peto.  
Nam finem faciet Ioua tyrannidi,  
Et causam miseri suscipiet lubens.

Mittens

Mittens auxilium Summus ab aethere,  
A lingua reprobi liberat improba,  
Et sanctis Dominus prospicit optime.  
Hostis ceu leo me, quo voret, arripit.  
Flamma sunt homines ignibus omnibus  
Peiores: mala dant dentibus, ut truci  
Telo: his acrior est lingua, & acinace.  
Te caelos super o Maxime & optime  
Extollas Deus, & nunc tua gloria  
Terrarum superet climata qualibet.  
Nam tendunt pedibus retia qui meis,  
Horum quisq; animam suppressere hanc studet.  
Fossam, quam misero huic gens parat impia,  
Se fodisse sciat, perniciem in sui.  
Cor promptum, Domine, est, promptaq; pectora,  
Ut pangant Domino cantica dulcia.  
Ergo exurge, meum lingua decus mea:  
Et mecum cithara nablaq; suavia,  
Et laudes Domino dicite carmine:  
Te, te laude canam gentibus omnibus,  
Ut Jovae populis gloria nota sit.  
Nam Jovae bonitas celsior aethere est,  
Et Summi pietas nubibus altior,



*Se Cælos super hos efferat optimus,  
Qui nutu regit, & sidera condidit,  
Ac terras Domini gloria compleat.*

PSALMVS LVIII.

Si verè utiq; iusticiam &c.

**D**icite iustitiæ custodes: *mutanè vobis  
Lingua sit, an verbum nesciat ista loqui?  
Dicite, num vester cætus diiudicet æquum?  
Cui dedit in terris iura vicesq; Deus?  
Imo obfirmati in populo patris iniqua,  
Pergitis & manibus contemnerare bonos.  
Nam peruersa manet mens reproba matris ab al-  
Errant mendaces matris ab uberibus. (uo  
Tale illis virus, qualis furor aspidis, aurem,  
Obstruit aduersus carmina quando suam.  
Horum tu dentes, Deus, ò confringe molares  
Acres, quos catuli more leonis habent.  
Diffluere incipiant, labens ceu leniter amnis:  
Ipsorum feriat fracta sagitta nihil.  
Ut limax pereant, vel vitam funere linquant,  
Fætus more, ortum qui perit ante suum.  
Horrida non citius reuifescant vere dumeta,  
Quam*

Quàm subito hos rapiat feruor & ira Dei.  
Gaudebit iustus, conspecta vindice dextra,  
Hostili tinget sanguine quando pedem.  
Tunc homines dicent: sunt & sua praemia iustis,  
In terris Iudex nam sedet ipse Deus.

PSALMVS LIX.

Eripe me de inimicis meis, &c.

**E**Ripe me, Deus alme, & ab hoste tuere potente,  
Qui ferus intentat tela necemq; mihi.  
Eripe ab insidiis, qui caede & sanguine gaudent,  
Et vitam à reprobis assere quaeso meam.  
Namq; animæ miseræ sua subdola retia tendunt,  
Opprimere in fontem viq; doloq; student.  
Me præter meritum cursu insectantur equisq;  
Tu mihi succurrens, me tue are tuum.  
Qui regis Israël Dominusq; Deusq; Zebaoth,  
Euigila, ut gentes visitet ira tua.  
Non illis parcas, neq; te miseratio tangat  
Ullius ex his, qui facta nefanda patrat.  
Nocte sub obscura fædis latratibus urbem,  
Esuriens repleat natio, more canum.  
Murmura vana cient labiis, gladiosq; loquuntur,

Hæc tamen audiri nullius aure putant.  
Tu risu excipies hos, subsannante Iehoua,  
Qui, quæ consultant, nota tibi esse negant.  
Florum vires metuens tua numina posco,  
Tu mihi semper eris, qui tueare, Deus.  
Me tua præueniet bonitas mihi nota fidesq̃,  
Vis inimica mihi ne nocuisse queat.  
Cum Deus hostiles conatus frangit & ausus:  
Gaudia vult animo conciliare meo.  
Ne subito pereant, totum illos sparge per orbem,  
Ut populus videat commemoretq̃ meus.  
Tu Deus & scutum nostrum, clypeusq̃ fidelis,  
Dispergas reprobos & loca ad ima feras.  
Ore docent vanum, mens factu turget inani,  
Blasphemum est labium, disidiisq̃ vacat.  
Extirpa reprobos, nullo miserante, repelle:  
Non saturati etiam murmura rauca sonent.  
Summe ego mane tuas vires dextramq̃ potentem,  
De bonitate tua dulce melosq̃ canam.  
Nam tu per fugium es, mea tu protectio firma,  
Cum miserum arumna, duraq̃ fata premunt.  
Te mihi præsidium celebrabo carmine laudum,  
Tu mihi, ceu turris, propitiussq̃ Deus.

PSAL.

PSALMVS LX.

Deus repulisti nos, & destruxisti &c.

**Q**ui Deus abiectos iratus ad infima trudas,  
Placatus miseros respice ad alta vehens.

Qui dirupisti concussas undiq<sup>3</sup> terras,  
Curet eas rimas nunc medicina tua.

Tractasti populum dura ratione modoq<sup>3</sup>,  
Potasti vino precipitante gradum.

Qui tua iussatiment, his signum constituisti,  
Quod simul erectum est, cura metusq<sup>2</sup> cadit.

Vt valida ergo tui dextra seruentur amici:  
Exaudi, tibi quas fundimus ore preces.

In sancto loquitur Deus: Ecce ego diuido letus  
Sichima agros, Suchot metiar vnus ego.

Sic mea erit Gilead, mea erit quoq<sup>3</sup> terra Manaf-  
Ephremq<sup>3</sup> est capitis digna corona mei. (Se,

At tu, Iuda potens, ex te mihi nascitur heros,  
Qui populum in terris per sua sceptraregat.

Tu laxis par & calonibus esto, Moabe,  
Purgabis soleas, trux Edomita, meas.

Atq<sup>3</sup> edent plausus Philistiaregna decentes,  
Dum cadet inuicta turba inimica manu.

Quis

*Quis me deducet per fortes mœnibus vrbes,  
Quis mihi pandet iter per loca fortis Edom?  
Tu Deus hoc facies: nobis licet antè repulsis,  
Prælia dum longum te duce nostra carent.  
Tu fer opem nobis: Duce te superabimus hostes,  
Non venit humanis viribus vlla salus.  
Auxiliante Deo victricia signa feremus,  
Cuncta iuuante Deo castra inimica cadent.*

PSALMVS LXI.

Exaudi Deus deprecationem &c.

**E**Xaudi querulam mœsto de pectore vocem,  
Desertiq; preces accipe, sancte Deus.  
Ceu procul à terris ad te suspiria tollo,  
In tuta ipse meos sistito rupe pedes.  
Tu mihi perfugium fidum es munitaq; turris,  
Infesto eripiens hostis ab ense mali.  
Perpetuò in sacri versantem fœderis ade,  
Et tibi confisum protegat ala tua.  
Auribus exaudis, pater, ut pia vota, benignis,  
Sic qui te metuunt, munera larga ferunt.  
Te seruante, diu durabit vita Dynasta,  
Ut sua connectat tempora temporibus.

Ante

*Ante tuam ut teneat faciem felicia sceptrā,  
Sit bonitas custos ipsius atq; fides.  
Sic mea vox nunquam tibi psallere desinet, aris  
Perpetuoq; feram vota sacrata tuis.*

PSALMVS LXII.

Nonné Deo subiecta erit anima &c.

*S*It mea vita licet mille irretita periculis:  
Foua mihi est rupes, spes mea firma Deus.  
Est etenim clypeus, firmissima turris, asylum,  
Vnde mihi casus non nocuere graues.  
Tenditis insidias cur tot mihi, tamq; diurnum,  
Ceu fragili muro, ut concidat ante diem?  
Opprimar ut facile à multis, mendacia fingunt,  
Nectar in ore ferunt, corde venena fouent.  
At mea spes Deus est, anima huic innititur vni,  
Nam mihi praesidio est semper & auxilio:  
Arx mea, perfugium, scutum, firmissima turris,  
Quem metuam casum, te releuante Deo?  
Tu mea spes, roburq; meum, mihi puppis et aures,  
Grande decus, dulcis gloria, certa salus.  
Sperate in Domino, coram hoc effundite corda,  
Inuictum auxilium non aliunde venit.

Q

Sunt

Sunt homines vani: magnates vana loquuntur,  
Si trutina imponas, videris esse nihil.  
Ne vos diuitia per fasq; nefasq; parata  
Seducant: neu vos irrita vota trahant.  
Si tibi diuitia creuerunt sorte benigna,  
Ne cor sollicitum pendeat inde tuum.  
Multoties Dominum percepi hac verba loquentē:  
Omnipotens quod sit nemo, nisi ipse Deus.  
Quod tu propitius sis, quodq; Jehoua rependas  
Omnibus, hi factis ut meruere suis.

PSALMVS LXIII.

Deus, Deus meus, ad te de luce &c.

**Q**uid moror aeterni Domini, q̄ condidit orbē,  
Manē mea validam querere voce manū?  
Pressa caro petit hunc, contritum pectus anhelat,  
In terrā liquor est hac tibi nullus aqua.  
Nomen quero tuum laudabile, robur, honores  
Quero tuos, cupio cernere sacra tua.  
Inde fit, ut labiis celebrem tua nomina letis,  
Cum tua sit bonitas hac mihi luce prior.  
Propterea grates tibi, dum mihi vita manebit,  
Gratus agam, tollens ad tua templa manus.

Nil

*Nil magis ex voto caderet mihi, quàm tibi laudes  
Reddere, si meritas voce sonante queam.  
Sic eo dormitum, grata ut tibi mente quiescam:  
Sic surgo, ut celebrem fortia facta tua.  
Adiutor meus es, tua me dum protegit ala,  
Te colo, me fulcit dextra leuatq<sup>3</sup> tua.  
Ne licet insidiis petat impia turba paratis,  
Ipsa tamen citius tartara nigra petet.  
Ense cadent proprio, scelerata fraude peribunt,  
Præda petita diu vulpibus, hostis erit.  
At Rex in Domino gaudebit tunc, ubi cernet,  
Quòd mendaciloquis obstruat ora Deus.*

PSALMVS LXIIII.

Exaudi Deus orationem meam, &c.

*A*udi mi Deus, hic tuus minister  
Quid verbis petat ac inops queratur:  
Conserues miserum à truci tyranno,  
Vitam absconde meam à timore diro.  
Sæuo subtrahere me, Deus, furori,  
Me congressibus eruas malignis,  
Qui lingua gladiis acutiore  
Ladunt innocuos, & è latebris

Q 2

Emit)



*Emittunt maledicta ceu sagittas,  
Nullam dum metuunt Dei ultionem,  
Ac nectunt laqueos piis dolosos.  
Tendunt retia vix videnda cuiquam,  
Fraudes parturiunt, novasq; technas,  
Abdunt cordis in intimo recessu.  
At tales subito Jehoua perdet,  
Misto fulmine sentient sagittam  
Infixam sibi, tunc sua ruentes  
Lingua ludibrioq; erunt cuiuis  
Cernenti domitos viros feroces.  
Sed iusti hoc tribuent opus Jehoua,  
In quo gaudia vera sentientes,  
Lato pectore & ore gloriantur.*

PSALMVS LXV.

Te decet Hymnus, &c.

**L***Audes, Deus, tuas pium silentium,  
Montis Sionis excipit.  
Hic vota solunt unico tibi Deo,  
Et grata psallunt carmina.  
Quòd respicis verè inuocantium preces,  
Caro omnis ad te confugit.*

Peccata

Peccata nostra praevalent et nos premunt,  
Hac tu remitte & expia.  
Beatus ille, quem tua incolam domus  
Delegeris tibi aggregans,  
Florebit hic in Sanctuario tuo,  
Bonis abundans omnibus.  
Ah gratia tuos benigna respice  
Cornu salutis optimum.  
In te genus mortale sperat unice,  
Confidit omnis natio.  
Tu montium firmas iuga alta robore,  
Tu laude magna splendidus.  
Ac increpas vasti procellas aequoris,  
Motusq; sedas gentium,  
Terroris gentes & tuis signis moves,  
Fines licet terra incolant.  
Quodcumq; spirat manè ab ortu ad vespèrã,  
Id omne replet gaudio.  
Tu rura ditas, atq; fonte limido  
Tu prata potas arida.  
Tu sparsa protegens agrorum semina,  
Messè reducis uberem:

*Sic riuulis inebrias germen tuis,  
Camposq; fertiles facis.  
Beas & hortos, imbre suauis recreans,  
Et rore rura languida.  
Annum coronas cum bonis tuis, pedes  
Stillant tui pinguedinem.  
Deserta florent, prata vestiunt greges,  
Donum Dei hæc felicitas.*

PSALMVS LXVI.

Iubilare Deo omnis terra, &c.

**E**la agite exultate Deo, quos terrea regna,  
Quos spaciola simul climata cunq; tenent.  
Laudibus euehitote pium, super omnia, nomen,  
Carminibus gratisono concelebrate Deum.  
Compellate Deum timido sic ore loquentes: (est?)  
Quanta tua est virtus, dextera quanta tua  
Cuius ut attonitus vires perpenderit hostis,  
Te colere incipiet, vel simulanter agens.  
Omnis terra canat, celebret te, pronaq; adoret  
Te, Jona, in laudes officiosa tuas.  
Huc agite, aspiciate hæc, quàm sint opera omnia ma  
Quæ Deus in populo perficit vsq; suo. (gna,  
Nam

Nam quæcunq; facit, facit admiranda stupendis  
    Consiliis, mediis, viribus atq; modis.  
Qui maria exsiccata, pedibusq; ea peruia reddit,  
    Huic hilares Domino carmina leta damus.  
Eius in æternum dominatur dextra potenter,  
    Latifico vultu respicit ille suos.  
Diuini oblitos at fœderis ille Iehoua,  
    Non se tollere humo, aut scandere in alta sinet.  
Laude omnes populi summum celebrate Iehouam,  
    Cuius laus terra & climata cuncta replet.  
Ille animas nostras vitali sustinet aura,  
    Ille pedes nostros non titubare sinit.  
Tu Deus in trutina positos, velut igne probasti,  
    Ceusolet argentum terq; quaterq; nouum.  
Dum nos carceribus clausos vinctosq; catenis  
    Passus es affligi, mole grauiq; premi.  
Terrigenæ capita, heu te permittente, fatigant  
    Nostra, per et flammam ducimur et per aquas.  
Hinc tua dextra tamen nos extrahit, atq; benignè,  
    Ne calor aut frigus possit obesse, fouet.  
Quare holocausta tuam portabo fidus ad ædem,  
    Et pia persoluam, quæ tibi vota dedi.  
Nam labiis vdi tibi talia munera apertis,

Cum

Cum premerer variis nocte dieq; malis.  
Pinguia nunc holocausta capris, atq; ariete caso,  
Cum vitulisq; boues sacrificabo tibi.  
Huc properate omnes, qui numina sancta timetis,  
Et referam, qua anima fecerit ipse mea.  
Corde meo et labiis Dominū in mea vota vocavi,  
Eius & in laudes lingua diserta fuit.  
Cum nossem nunquam, mala si corde vlla proba-  
Exauditurum meq; measq; preces. (rem,  
At testis Deus est, se me exaudire precantem,  
Cum vigili attendit vocibus aure meis.  
Laudetur Dominus, qui nec mea vota repellit,  
Nec mihi subducit se bonitate sua.

PSALMVS LXVII.

Deus misereatur nostri, &c.

**P**ropitius nobis, nostri miserere, paterno  
Et placido vultu respice nosq; Deus.  
Fiat ut in terris nobis via nota lehoua,  
Luceat ut cunctis gentibus alma salus.  
Laude Deum merita populi celebrate benignum,  
Quisq; Deo grates dicite corde pio.  
Exultent & ouent populi, praeconia cantent,  
Concin

Concinnis modulis guttira plena sonent.  
Quòd genus humanum Iudex regis æquus in orbe,  
Et tua quòd bonitas tempora nostra iuuat.  
Laude Deum digna, populi, celebrate benignum,  
Quisq; Deo grates dicite corde pio.  
Terra suum reddit prouentum diuite fructu,  
Tu benedic nobis tempus in omne, Deus.  
Nos bonitate sua noster Deus augeat, ipsum  
Ut metuant omnes, esse Deumq; sciant.

PSALMVS LXVIII.

Exurgat Deus, & dissipentur &c.

**E**Xurgat Deus ipse, suos ut dissipet hostes,  
A facie ut fugiant castra inimica Dei.  
Ut perit à vento disiectus fumus inanis:  
Sic pereat subitis impia turba modis.  
Admoto propius ceu cera liquefcit ab igne:  
Deleat osores sic Deus ipse suos.  
At iusti contra latentur, & ocia ducant,  
Exultent, vultus te irradiante suos.  
Ferte Deo laudes, de nomine psallite sancto,  
Sternite iter Domino, qui ingreditur ouans.  
Molliter inuebitur, Domini qui nobile nomen

R Solus

Solus habet: lati hunc concelebrate Deum.  
Hic pater est viduis, pupillos curat amatq;  
Est Deus in sacro limine conspicuus.  
Atq; idem Deus est, sterilem qui pignore matrem  
Sic beat, ut numero gaudeat ipsa domus.  
Tempestive etiam producit carcere clausos,  
Fœdifragos sterili datq; habitare solo.  
Te præeunte, Deus, populum & sub nube tegente,  
Per loca deserti, per loca fœda situ:  
Terra metu tremuit, stillarunt fulmine cœli,  
Experti Tharida facta stupenda Dei.  
Nunc pater exhilaras, pluvia larga atq; salubri,  
Hæredis populi languida rura tui.  
Ut tua in his agris habeant animalia pastum,  
Afflictum recrees ut bonitate gregem.  
Salvificum verbum Domino mittente potenter,  
Præco Evangelii multus ubiq; docet.  
Armigeri iuncti stabili sunt fœdere reges,  
Et spolia Oeconomi reddit opima suis.  
Castra columbinis tua sunt mage candida pennis,  
Sub nitidis quoties pellibus arma moues.  
Argentum superant, fulgori cedit & aurum,  
Seu venti exagitant, seu levis aura mouet.

Cum

Cum Deus inter eos passim sibi regna coronat,  
Clarescunt, densa quae fuerant tenebra.  
Mons Domini mos est fecundus, pinguis et uber,  
Cinctus colliculis undiq; fructiferis.  
Quid, iugæ celsa, novos perfertis ad aethera plausq;  
Gaudet in hoc tantum monte habitare Deus.  
Perpetuo hic Dominus ceu certa in sede moratur,  
Dum caelo stella lunaq; solq; manent.  
Innumeri currus, superantes millia centum,  
Hos inter Dominus monte Sione potens.  
Ipse ascendisti leto super alta triumpho,  
Captiuum prae te carceris agmen agens.  
Pro genere humano acciperes ut maxima dona,  
Qualia diuini flaminis esse solent.  
His etiam donas quosdam nimirum antè rebelles,  
Cum quibus aeterno est visum habitare Deo.  
Gloria sit Domino, cuius laus durat in aeuum,  
Elogio cuius non vacat vlla dies.  
Cervices oneret licet ac premat ille suorum,  
Seruator tamen his est, onus omne leuans.  
Unicus hic Deus est, qui nos iuuat, ipse Jehoua est,  
Faucibus è mortis vindicat ipse suos.  
Ast inimicorum minuens capita ipse cruentat,



Si non desierint impia facta sequi.  
Vox tamen hac Domini est: Ego mox de pinguibus  
Qui non fucosa me pietate colunt. (addam,  
Addam etiam cæno extractos pontoq; profundo,  
Qui mea perpetua numina laude vehant.  
Propterea hostili tua planta cruore rubebit  
Vsq; adeo, ut cupiat lingere lingua canum.  
Pompa triumphalis, Deus, est tua Numine plena,  
Qua templi ingrederis limina sacra tui.  
Musica cantorum vocem instrumenta sequuntur,  
Virgineo inq; choro tympana pulsa sonant.  
Carminibus Dominum celebrate in cætibus istis,  
Profantis scatebris, ò Iacobe, tui.  
Benlamin hic paruus cum Principe regnat Iuda,  
Duxq; tribus Sebulon Nephthalidq; duces.  
Hac tua regna Deus statuit: Deus, hac tue aris,  
Sunt etenim dextra fortia facta tua.  
Propter templa, Deus, tua que tenet vrbs Solymo-  
Multa tibi Reges munera grata ferent. (rũ,  
Surge, expelle feras, vluis & arundine tectas:  
Cum Tauris vitulos, cum populisq; Duces.  
Omnia qui lucri conculcant propter amorem,  
Disce tu gentes, que fera bella cient.

Niliaci

*Niliaci Reges, populo Æthiopum comitante,  
Ad Dominum extēdent, supplice voce, mang.  
Inclyta qui colitis terrarum regna, venite,  
Et canite hymnisona carmina voce Deo.  
Qui vehitur cælo, quocunq;, & tempore quouis:  
Cum tonitru vocem prauvalidam ille dabit.  
Illi ferte Deo laudes, qui vindice dextrâ  
Regnat in Israhel, at hercisq; plagis.  
Terribilis Dominus Deus Israhelis, in æde  
Quando sua sancta non nisi mira facit.  
Quod populo ille suo vires & robora præstat,  
Laudibus æternis Ioua vehendus erit.*

PSALMVS LXIX.

Saluum me fac Deus, quoniam &c.

**E**ripe me, Deus, his seuis ne mergar in undis,  
Summa ferunt anima quando pericla mea.  
Inuoluor cæno, limoq; lutoq; profundo,  
Obruor & tumidis fluctibus inter aquas.  
Langueo defessus nimio clamore, fatigat  
Arida iam facta & guttura rauca sitis.  
Defecitq; acies oculorum suspiciendo  
Sæpius optatam, quam mora tardat, opem.

R 3

Oderunt

Oderunt qui me miserum, nil tale merentem,  
Sunt plures, caput hoc quàm scio habere pilos.  
Hostili rabie qui me malè perdere querunt,  
Robore præpollent, viribus atq; dolis.  
Quæ nunquã rapui, tanquam malè conscius essem  
Ipse mihi, soluens lytra rependo tamen.  
Stulticia est tibi nota, Deus, mea, quæq; patraui,  
Sunt oculis, fateor, semper aperta tuis.  
Ne sine confundi hos, propter me, quos tibi visos  
Expectare tuam scis patienter opem.  
Te propter patior sannas probrosa; dicta,  
Arguit hoc facies tota pudore rubens.  
Fratribus, ecce, meis sum ignotus ego atq; alienus  
Et soboli matris nausea fœda mea.  
Conficior Zelo, templi tui amore, Iehoua,  
Quæ pateris, probris obruor ipse tuis.  
Cumq; meum attenuent lacryma, et ieiunia corp9,  
Immodicos ludos scommataq; inde fero.  
Cum sacco & cineri lugens inuolucor & abdor,  
Arripiunt risus materiamq; ioci.  
Qui in porta resident, de me vano ore loquuntur,  
Et potatores me sibi carmen habent.  
Interea est orare meum, tibi fundere, Ioua,  
Tempo

Tempore, quo vanas non finis esse preces.  
Pro bonitate tua, Deus, audi quæso vocantem,  
Annue, fer præsens auxiliumq; mihi.  
Eripe me, in cœnum ne mergar ab hoste maligno,  
Mergar in obscuri neue profunda lacus.  
Ne fluctu abripiar, ne deuoret inuia abyssus,  
Obruat aut miserum hoc dira vorago caput.  
Me, Deus, exaudi, bonitas tua viuida semper:  
Respice me, alme Deus, pro pietate tua.  
Et ne letificos vultus auerteris à me,  
Ah propera, affligor, quam potes, affer opem.  
Huc propè adesto anima, quò te sit vindice tuta,  
Liberet obq; hostes me tua dextra meos.  
Sunt mea nota tibi, patior quæprobra, mei q;  
Osores noti sunt, Deus alme, tibi. (git,  
Opprobriū exhaurit, meaq; intima viscera fran-  
Num ferat, expecto, quis miseratus opem.  
Insuper expecto, si quis solatia præstet,  
Nemo mihi hic frater, nullus amicus adest.  
Quin potius reprobi potârunt felle & aceto  
Me tunc, cum fauces vreret agrasitis.  
Mensa sua his fiat laqueus, qui strangulet ipsos,  
Pacifica his fiant omnia tendicula.

Corpo

Corporis atq; animi his oculi caligine pleni  
Non videant plus, quàm lumine talpa carēs.  
Iram effunde tuam super ipsos, ut sine fine  
Saniat, & non sit, qui ferat auxilium.  
Et domus illorum sit desolatio tristis,  
Et tugurì culmen nemo habitare velit.  
A te percussum quia vulnerat impia turba,  
Persequitur, tua quos crux onerare solet.  
Ergo sine, ut scelera accumulent, crescente furore,  
Ut sint peccati mancipia & pereant.  
Ne locus ullus eis iustorum in sorte supersit,  
Nec sint in vita nomina scripta libro.  
Me verò miserum dolor occupat undiq; pressum,  
Ergo salute tua me tue àre Deus.  
Nomina sancta tua ut celebrās ego carmine lato,  
Sublimi extollam laude, & honore veham.  
Talia sunt Domino mage munera grata, iuuenis,  
Vngula queis decus & cornua conciliant.  
Hec miseri cernent, latabunturq; videndo,  
Quærentes Dominum viuida corda gerent.  
Exaudit Dominus qui a paupertate grauatos,  
Carcere nec clausos negligit ille suos.  
Omnis eum laudet, cæli, terraq; marisq;

Incola,

*Incola, quicquid in his viuida mēbra mouet.  
Seruabit Deus & firmabit tecta Sionis,  
Extruet atq; vrbes, inclyte Iuda, tuas.  
Vt certas possint in eis sibi figere sedes,  
Et possessores sint tibi perpetui.  
Illius hāredes seruorum sorte tenebunt  
Hanc sedem, quia tam nobile nomen amant.*

PSALMVS LXX.

Deus in adiutorium meum &c.

**V**T mihi succurras festinus adesto, Jehoua,  
Vt miserum redimas, fer properanter opem.  
Tu fac, eos turpis pudor & confusio turbet,  
Consiliis prauis qui mihi damna struunt.  
Interituq; meo quibus est nil gratius unquam,  
Te, trepidos, oro, uertere terga iube.  
Opprobrium meritò referant & dedecus, oro,  
Clamantes: prorsus perditus, ecce iacet.  
Quēis tua, latentur, quasita redemptio cessit,  
Dicere non cessent: laus tibi, summe Deus.  
Cum miser auxilio nunc sim desertus ab omni,  
Tu Deus aduentans, quāso, morèrè nihil.

S PSAL

PSALMVS LXXI.

In te Domine speravi, & c.

**I**N te corde meo toto confido, Iehoua,  
 Ne sine confundi spemq<sup>3</sup>, fidemq<sup>3</sup>, me am.  
 Eripe me arumnis, causamq<sup>3</sup>, tuere iacentis,  
 Munera per magna maxima iusticia.  
 Inclina faciles, iuua & ipse fideliter, aures,  
 Propter iusticia vimq<sup>3</sup>, decusq<sup>3</sup>, tua.  
 Sis mihi praesidium, fugiam quò tutus ab hoste,  
 Hoc te pollicitum, sis memor, esse mihi.  
 Tu quoniam rupes mea, tu fortissima turris,  
 Nulla, in qua positis arce, pericla nocent.  
 Erue me manibus, quas impius iniicit hostis,  
 Quas mihi iniquus homo, quas violeta cohors.  
 Tu mihi Protector, mihi tu fiducia solus,  
 Spes mea, dum matris pendeo ab uberibus.  
 Te nitor, tu me sustentas matris ab aluo,  
 Vnde tuo nutu viuida membra traho.  
 Hinc ego quòd spiro, vitali vescor & aura,  
 Hac accepta tibi, mi Deus alme, fero.  
 Portentum videor multis, monstrosus abortus:  
 At tu per fugium es, firma salusq<sup>3</sup>, mihi.

Sint

Sint mea laude tua nunquam non ora referta,  
Et sine honore tuo non eat vlla dies.  
Ne me proicias, cum venerit agra senectus,  
Membraq; cum fuerint debilitata mihi.  
De me inimica manus confingit crimina multa,  
Quarit & huic anima noxia consilia.  
Dicendo: Deus hunc est auersatus, adeste,  
Abripite hinc, non est, qui ferat vllus opem.  
Ne, Deus, abscedas, procul et ne longius absis,  
Auxilio vt releues me, propera, adfer opem.  
Fac miseri vt pereant, & confundantur iniqui,  
Insidias anima qui posuere mea.  
Probrorum obruat hos ignominiosa procella,  
Qui mihi, qua noceant, toxica dira parant.  
Ast ego perpetua bonitate fauoreq; fretus,  
Augebo laudes debito honore tuas.  
Iusticiaq; tua referam praconia gratus,  
Illa caret numero, quam memorabo, salus.  
Incedam virtute tua, Duce Ioua, tuaq;  
Iusticia pergam solius esse memor.  
A teneris, Deus, hanc animam instruis, hinc tua  
In celebri caetu facta stupenda cano. (semper  
Ne me destituas, vires vbi cana senectus



Fregerit, in facie & ruga senilis erit.  
Fac, referam ut seris tua facta nepotibus, utq;  
Posteritas discat brachia nosse tua.  
Iusticia est sine fine, Deus, tua celsa, nec ullus  
Talia qui faciat, vivit in orbe Deus.  
Tu mea ut affligis curarum mole fatigans  
Pectora: sic eadem vivificare soles.  
Tu reuocas terra suppressum mole profunda,  
Ut recreet vires luminis aura meas.  
Tu me magnificum facis, & sustollis in altum,  
Solarisq; humilem, cum mihi dexter ades.  
Ergo tibi grates mea nunc Psalteria dicant,  
Pro cunctis meritis, pro bonitate tua.  
Quinetiam cithara meditabor psallere sancto,  
Cuius in Israël gloria nota, Deo.  
Vis anima tibi tota mea, à te Jona redempta,  
Lata canet laudes & me a lingua tuas.  
Namq; pudefacti fugient, probrisq; notati,  
Noxia qui misero damna parare student.

PSALMVS LXXII.

Deus, iudicium tuum Regi da & c.

O Deus

O Deus, immensa est cuius sapientia, cuius  
    Numine regnorum stantq; caduntq; throni.  
Tu da iudicium Regi, quo iudicet æquum,  
    Da soboli Regis iusticiamq; tuam.  
Ut populo dicat ius toti aqualiter æquis,  
    Legibus & miseros fasce grauante leuet.  
Producant montes placida & pia munera pacis,  
    Et populis colles germina iusticia.  
In iuste oppressos bonitate & iure iuuabit,  
    Consulet exulibus rex, reprimetq; malos.  
Te talem Dominum & regem gens iusta timebit,  
    Dum per agent cursus lunaq; solq; suos.  
Ut pluuia in vellus cadit, inq; virentia prata:  
    Gratia cælestis sic pia corda riget.  
Florebunt ipso iusti regnante, vigebit  
    Aurea pax, Luna cornua donec erunt.  
Imperium Oceani hoc ne finiet vnda, nec vllum  
    Huic poterit flumen limitis esse loco.  
Procumbent coram Rege hoc deserta colentes,  
    Lingetur Domino puluis ab hoste soli.  
Et maris ac Arabum populi Regesq; Sabæi (rent.  
    Dona sua huic Domino, & munera grata fe-  
Supplice prostratus gestu hunc Rex omnis adoret,

*Huic Regi humanum seruiet omne genus.  
Nam miserum eripiet clamantem rebo in arctis,  
Liberat oppressum, qui caret auxilio.  
Parcet is afflictis & paupertate grauatis,  
Propitiusq; inopem nulla ope egere sinet.  
Ex vi, fraude, dolis, animas redimendo iuuabit,  
Iustus & effusi sanguinis ultor erit.  
Viuet in aeternum: illi aurum dabiturq; Sabaum,  
Semper adorabunt laudibus huncq; ferent.  
Lata seges celsis terrarum montibus orta  
Fructus erit, Libani vertice celsa mouens.  
Vrbibus ac fruges nata per tecta virebunt,  
Ut solet herbarum fertilis esse viror.  
Tanti igitur Regis clarescet fama per orbem,  
Donec in hoc caelo semita solis erit.  
Lataq; posteritas se censens esse beatam,  
Hoc Domino, ipsius nomen ad astra feret.  
Laudetur Dominus Deus Israelis ubiq;  
Solus is in terris facta stupenda facit.  
Gloria celsa Dei maneat benedicta per euum,  
Plenaq; sit mundi machina laude Dei.*

PSAL.

PSALMVS LXXIII.

Quàm bonus Israël Deus, &c.

**Q**uam bono est Domingo sincero corde colenti:  
Hoc solamen habens, sub cruce victor erit.  
Ast equidem ferme pede languidulo titubassem,  
Et via strauisset lubrica me miserum.  
Indignabar enim misero insultare superbos,  
Ex animi voto viuere, pace frui.  
Non hos circundant saeva discrimina mortis:  
Verum instar turris, splendida tecta colunt.  
Non hos, ut reliquos, fortuna insania vexat,  
Non ferit indignis fors miseranda modis.  
Inde suo fastus, ceu torque superbit adunca,  
Et fucum gaudet veste decente tegi.  
Inflati incedunt, turget pinguedine fastus,  
Collibuit, quicquid turba animosa facit.  
Omnia derident, & friuola verba loquuntur,  
Sublimi è folio despiciunt miserum.  
Qua statuunt labiis, dicuntq; ea certa videri,  
Delphici & oraculi pondus habere volunt.  
Quapropter talis populari vescitur aura,  
Huc fit concursus more fluentis aquae.

Talia

Talia concipiunt animo: Deus haccine curet?  
Istos num norit, cernat & illa Deus?  
Hac studia, hi mores reproborum: diuite cornu  
Felices, mundi regna beata tenent.  
Anne igitur frustra studui sine crimine pectus,  
Et sceleris puras prorsus habere manus?  
Anxia quotidie mea me tentamina vexant,  
Experior plagas, nocte dieq<sub>2</sub>, meas.  
Vix me continui, loquerer quin talia verba,  
Qualia saepe solet pessima turba loqui.  
Verum ita damnassem, quotquot promissa secuti  
Te Dominum certam spem statuere sibi.  
Altius inquirens & talia scire laborans,  
Sollicitis curis implicor atq<sub>3</sub> premor.  
Donec sancta tui ingrediens penetrata templi  
Perspicerem, hos flores quam cito ledat hyems.  
Nam tu, iuste Deus, reprobis loca lubrica signas,  
Et facis ut subito funditus intereant.  
Quam cito prauorum turba euanescit in auras,  
Panicus ut terror corda timore quatit.  
Ut cito praterent temeraria somnia noctis:  
Sic horum in populo praterit effigies.  
At tamen hac angunt, atq<sub>3</sub> intima viscera ladunt,  
Et



*Esto memor cætus proavorum atate redempti,  
Heredis, magno constitit ille tibi.  
Esto memor montis, quæ culmina celsa Sionis,  
Quæ thronus & sedes numinis alta tui.  
Obtere tu pedibus, conculca funditus hostes,  
Omnia qui sternunt, per loca sacra, Deus.  
Edunt rugitus saurorum more leonum,  
Inq; ades sacras numina ficta locant.  
Vt faber in syluam fert instrumenta, secures,  
Ad templi interitû, sic rabida arma micant.  
Lauia quinetiam tabulata infringere tentant :  
Hæc scelerata manus, saua securis agit.  
Inclÿta tēpla, Deus, flamma crepitante cremârūt,  
Sancta prophanârunt limina, sacrilegi.  
Talia corde premunt: populemur cuncta vicissim,  
Omnia per terras templa abolere parant.  
Nulla hodie apparent nobis tua signa: Propheta  
Non sunt, qui doceant, quiue futura canant.  
Quò, Deus, vsq; fremens inimicus talia probra,  
Blasphemè violans nomina sancta, facit?  
Cur tua, queso, manus nimis est auersa, tuq;  
Ne sit in auxilium, dextra retenta sinu?  
At Deus est mihi Rex, fidus defensor ab auo,  
Qui*

Qui solita in terris auxiliatur ope.  
Alta maris dirimis dextra, saeuumq; Draconem,  
Flumina qui tranat carula, comminuis.  
Tu capita infringis magnorum grandia cete,  
Dans escam populis, qui loca vasta colunt.  
Tu scaturire facis fontes, & flumina magna,  
Exiccas iterum flumina, magna prius.  
Noxq; diesq; tuo nutu, sol lunaq; stella,  
Omnia habent cursum, te moderante, suum.  
Tu certos tribuis fines regionibus orbis,  
Solstitio & bruma tempora certa facis.  
Ergo, inuicte Deus, te quisquam ledere tentet,  
Et populus stultus nomina sancta premat?  
Ne tradas animam dilectæ turturis hosti  
Crudeli, nec eam deseruisse velis.  
Esto memor pacti: terra est etenim undiq; vasta,  
Destructaq; domus: tecta superba prius.  
Ne miser atq; humilis patiatur, queso, repulsam,  
Cum tales celebrent nomina laude tua.  
Surge Deus, defende tuam, iustissime, causam,  
Opprobrii hostilis sis maneatq; memor.  
Neuè tuos capiant secura obliuia sensus,  
Cum tollit fremitus pessima turba suos.



*Clamores reprobi crescunt, tolluntur in auras,  
Atq; sua celeri mobilitate vigent.*

PSALMVS LXXV.

Confitebimur tibi, Deus, &c.

**G***Ratifica Dominum colimus te laude poten-  
tem,*

*Quòd, quaecunq; facis, suspicienda facis.*

*Tempore namq; suo iudex, ait ipse Jehoua,  
Iudicio populos, iusticiaq; regam.*

*Terra agitata tremuit, puido timet incola vultu,  
Hanc ego fultam humeris sustineo ipse meis.*

*Grandia iactantes & sesquipedalia verba,  
Sic monui, non vos gloria vana decet.*

*Dixi etiam stolidis: ne fidite cornibus altis,  
Praefracto collo, & desinite ore loqui.*

*Non est quòd metuam vires venientis ab ortu,  
Nullus ab occiduis me ferit hostis aquis.*

*Non, qua descendunt celsis de montibus, arma  
Curo: nos quis enim per loca vasta petat?*

*Nam iustus iudex Deus est, & iudicat equum,  
Deprimit hunc, illum rursus ad alta leuat.*

*Imò tenet manibus calicem, infundensq; meracū,  
Ioua*

*Fona dat, ex illo quod bibat omnis homo.  
At reliquum in fundo cogit potare prophanos:  
Sic bibit ille merum: hic fecibus exta replet.  
Ast ego in aeternum celebrabo facta potentis,  
Qui Deus est populi, fide Jacobe, tui.  
Robora confringam reproborum, vindice dextra,  
Confirmem vires ut, pia turba, tuas.*

PSALMVS LXXVI.

Notus in Iudæa Deus, &c.

**N**otus ut in Iudæa Deus est: ita nomina sum-  
Illius Iſraël laude vehenda canit. (ma  
In Salem sibi lata Deus tentoria fixit,  
Inq; Sione locat splendida tecta sibi.  
Illic confringens arcus, celeresq; sagittas,  
Bella fera, & gladios, scutaq; comminuit.  
Clarior his factis, longeque potentior ipse es,  
Quam predatores, robore, monticolæ.  
Somno indulgentes, spolia amisere, tyranni,  
Et bellatorum concidit ægra manus.  
Cum, Deus ipse Iacob, seuam exardescis in iram,  
Oppressi somno, currus equusq; iacent.  
Terribilis Deus es, rapidam quis stabit ad iram,

Cum furor ardescens feruet & ira grauis?  
Judicis officium de caelo quando minaris,  
Contremuere soli viscera, muta silent.  
Cum Deus exurgens terrarum iudicat hostes,  
Tunc iuuat oppressos viq; doloq; pios.  
Quando furunt homines, te contra, & cornua su-  
Viribus exertis est tua dextra potens. (munt,  
Cumq; furor crescit, scelus & fit maius eundo,  
Instructus validis viribus esse soles.  
Reddite vota Deo, promissa fideliter illi  
Praestent, quotquot eum simplice corde colunt.  
Eia age, ferte Deo verarum munera laudum,  
Terribilis nemo quo magis esse potest.  
Qui fera principibus confringit corda superbis,  
Qui magnis horror regibus esse solet.

PSALMVS LXXVII.

Voce mea ad Dominum clamaui, &c.

Voce mea ad Dominum toto cum pectore cla-  
Exaudit placidus supplicis ille preces. (mo,  
Rebus in angustiis quoties ego quero Iehouam,  
Extensam soleo tollere ad astra manum.  
Non ea cessatrix est unquam nocte dieq;

Conso

Consolatorem querit anhela suum.  
Cum mihi cor languet, Dominū in mea vota repo  
Cum premit anxietas, alloquor ecce Deū. (sco:  
Tu seruas oculos, somno ne deside stertam,  
Viribus exhaustis, nescia lingua loqui est.  
Sape tuas laudes, maiorum gesta recordor:  
Et memor elapsi temporis excrucior.  
Musica plectra animum subeunt: in verba resol-  
Inquirit causas spiritus hinc varias. (uor,  
Nunquid in eternum Dominus sua mēbra repel-  
Gratia num seruis ulla relicta tuis? let?  
Annē Dei bonitas euauit omnis in auum?  
Promissi pacti est gratia nulla super?  
Annē Deus miseris nescit succurrere seruis?  
Præclusa est bonitas, ira odioq; graui?  
Attamen hoc tandem firmato pectore dixi:  
Has mutare vices, mox tua dextra potest.  
Propterea Domini memorabo grandia facta,  
Mente pia recolens pristina dicta Dei.  
Omnia facta loquor, narro omnia pacta potentis,  
Et quaecunq; facit, predico laude pia.  
Sancta via est tua, sancte Deus, nec talis in orbe  
Qualem te prestas, Ioua, tuo populo. (est,  
Tu Deo

Tu Deus es, qui mira tuis, & grandia prestas:  
 In populis clarent robora nota tuis.  
 Tu populum clypeo seruas, dextraq; potente,  
 Semine prognatum, magne Iacobe, tuo.  
 Flumina te cernunt, Deus, et terrore tremiscunt,  
 Horruit & liquidas infima abyssus aquas.  
 Et larga imbrifera fundebant flumina nubes,  
 Horrendum tonitru nubila regna dabant.  
 Fulgentes radii curru super aethere vecti  
 Anteeunt arcu spicula missa truci.  
 Auditur tonitrus caelo, micat ignibus aether,  
 Terra metu subito territa contremuit.  
 Per maria alta tibi strata est via, tutus ut ires,  
 Semitaq; in fluuiis firma parata tibi.  
 Ut sol cum flauas radius transcurrit aristas:  
 Sic pedis apparet iam nota nulla tui.  
 Sicut oues Pastor, populum sic, Maxime, ducis,  
 Per fidum Moisen, perq; Aaron apium.

PSALMVS LXXVIII.

Attendite popule meus legem &c.

**M** Popule, ausculta, faciles mihi commoda &  
 Percipias oris verba diserta mei. (aures,  
 Attens

Attentusq̄ audi sapientia dicta virorum,  
Priscorum referam fortia facta Ducum.  
Quæ partim auditu, partim experientia habemq̄,  
Et quæcunq̄ patres commemorare solent.  
Ne soboles nostra hæc, Et qui nascentur ab illa,  
Ignorent, cunctos quæ benè nosse decet.  
Ut fiat Domini laus, miraq̄ gloria nota,  
Quam præsens populo præstitit usq̄ suo.  
Fœdus Jacobi natis sanxitq̄, deditq̄,  
Legem, quam doceant, præcipiantq̄ Patres.  
Postera progenies quam discat ametq̄ nepotum,  
Ex his proueniens seraq̄ posteritas.  
Indeq̄ nascentes pueri, venturaq̄ secla,  
Ut narrent longa hæc facta Dei serie.  
Ut nunquam obliti, Dominus quæ fecerit ipsis,  
In solo ponant spemq̄ fidemq̄ Deo.  
Perfida ne fierent soboles, semperq̄ rebellis,  
Quales ipsorum sæpe fuere patres.  
Quorum non stabiles habuerunt pectora motus,  
Nec tibi cor verè, Ioua, fidele fuit.  
Pugnantes temere, ut quondã de germine Ephra-  
Progeniti, in bello terga dedere fuga. (im  
His licet armatis arcu mittente sagittas

In celeri cursu, spes fuit una super.  
Fœdera sancta Dei non seruauere rebelles,  
Præscripto legis dissona vita fuit.  
Immemoresq; fuere operum, quæ patribus olim,  
Miranda exhibuit, pro bonitate sua.  
In regno Ægypti, patribus spectantibus horum,  
In regione Zoan facta stupenda dedit.  
Per mare diuisum sicco pede duxit euntes,  
Quando instar muri stabat utring; latus.  
Sole uehente diem, nubes defendit ab aestu,  
Flammaq; nocturno tempore duxit eos.  
Dirupit rupes, iam deficientibus undis,  
Ut biberent pleno gutture fontis aquas.  
Cautibus è duris descendere fecit & undas,  
Æquantes cursu flumina magna suo.  
Cum nihilominus adicerent offendere Iouam,  
Per loca sola, & qua tristis Eremus habet.  
Tentantes Dominum labiis & corde maligno,  
Poscebant epulas, luxuriante gula.  
Impia cum iacerent uerba hæc: possit nè Iehoua  
Mensam in deserto sternere pane grauem?  
Esto, dedit celsis manantes rupibus undas,  
Pro populo effundens flumina larga suo.

At da

At dare non poterit Cereris, non dona Lyai,  
Num poterit carnes suppeditare Deus?  
Quaecum perciperet Dominus, non distulit iram,  
Hacidum accendit castra sed igne suo.  
Promittente Deo auxilium, quod credere nollent,  
Nec Fouam colerent speq; fideq; sua.  
Mandavit residens super alta volumina caeli,  
Expandit portas nubila claustra suas.  
Manna super faciem terra, ceu semina, sparsit,  
Coelesti populum pascere pane parans.  
Angelicumq; cibum caelo dimisit ab alto,  
Cum saturaret eos, diffugiente fame.  
De caelo Eoum ventum demisit & idem,  
Commouit Zephyros cunctipotente manu.  
Ut ruerent carnes, pluuia vel pulueris instar,  
Hacidis volucres innumeratq; daret.  
Castrorum in medio, ceciderunt undiq; carnes,  
Qua sibi quisq; suas constituere casas.  
Expleruntq; famem dapibus, volucrumq; sapore,  
Ventre indulgentes, delitiosa cohors.  
Lauticiis implet a gula est, vix mensa remota,  
Nec cibus in stomacho sat bene coctus erat:  
Accelerans subito diuini numinis ira,



Prostravit proceres gentis, Iuda, tuae.  
Nil tamen his moti pœnis peccata resumunt  
Pristina, spernentes facta stupenda Dei.  
Propterea is sœua dedit hos succumbere morti,  
Promissa indignos commoditate frui.  
Immites quorum Parca dum stamina rumpunt,  
Infelix illis vita brevisq; fuit.  
Quando dabat letho Deus ipsos, protinus illum  
Querere sunt soliti, & voce rogare sua.  
Manè recordati, fuerit quòd Ioua redemptor,  
Arx, rupes, clypeus, presidiumq; suis.  
Blandiri ore suo & labiis mendacibus ausi  
Huic, colerent ficta quem pietate, Deo.  
Ipse tamen clemens illis ignouit & æquus,  
Sustinuitq; malos, & superesse tulit.  
Imò sœpe suam leniuit molliter iram,  
Accendi quoties cœperat illa nimis.  
Cum reputaret eos carnem esse & spiritum, in au-  
Qui semel exhalans, non rediturus, abit. (ras  
Est quoties iustas in Eremito motus ad iras,  
Quem populi effecit culpa dolore, Deus?  
Ceu canis ad vomitum, gens hac quàm sœpe reuer-  
Irritans Dominum, deficiendo, suum. (sa est?  
Immes

Immemor atq; manus, redimentis ab hostibus ip-  
Temporis ac Iouæ, quo benè sensit opem. (Jam,  
Quas per Niliacas dederit miracula terras,  
Quanta etiam in terra, facta stupenda, Zoan.  
Cum fluvii ipsorum manarent sanguine fædo,  
Nec reliquæ ullæ essent, quæ biberentur aquæ.  
Cumq; daret bruchum et populantem cuncta locu-  
Atq; omnis nocuas bestiolas generis. (stam,  
Vt popularentur sata læta, boumq; labores,  
Vastantes culti nobile germen agri.  
Grandine concreta cum sterneret undiq; vires,  
Cum teneras moros lederet imbre graui.  
Cum lapide ignito pecora atq; armenta feriret,  
Sterneret horrisono fulmine quando greges.  
Mitteret ac in eos socium cacodæmonis agmen,  
Fra, odio, ac fremitu, et cuncta furore replens.  
Cumq; ira indulgens non vitæ parceret horum,  
Sed primum pecudes peste perire sinens.  
Postea primigenas Ægypti cade tremenda,  
Sustulit in veteris posteritate Chami.  
Sicut oues notum sectantur voce Magistrum:  
Sic duxit populum per loca vasta suum.  
Securum & tutum per mille pericula duxit,

*Niicolas rapidis dum mare mersit aquis.  
Donec eam ad pactam perduxit fœdere terram,  
In montemq; sacrum, quem sibi iure dicat.  
Expulit ante ipsos hostem gentemq; prophanam,  
Regna suo populo ut, sorte fauente, daret.  
Isacidas habitare tribus tunc iussit in illis  
Vrbibus, unde fuit pulsa inimica manus.  
Horum non memores irritauere Iehouam,  
Pacta prophanantes, quæ Deus instituit.  
Retrò abiire patrum vestigia praua secuti,  
Spernentes Domini dogmata sancta sui.  
Immemores pacti studuerunt fallere dictis,  
Ceu fragiles arcus, queis leuis imber obest.  
Commouere Deum, montana idola colentes,  
Iratum meritoq; hunc habuere suo.  
Talibus auditis, flammata excanduit ira,  
Et populum à patria fecit abesse procul.  
Quin & cum fremitu Siloia templa relinquens,  
Deseruit sanctis tecta habitata prius.  
Tunc populi vires obscuro carcere clausit,  
Et maiestatem transtulit hostis atrox.  
Maçtari gladioq; suos permisit, & ingens  
Heredem Domini abiecerat ira suum,*

Ignis

*Ignis edax iuuenes consumsit Martē potentes,  
Flebilis ac vidua turturis instar erant.  
Presbyteros cadens gladius consumsit acutus,  
Nec viduis licuit flere, dolere, queri.  
At Dominus somno quasi manē excitus ab alto,  
Non secus ac Heros cum mera vina bibit.  
Perculit hostiles turmas in parte pudenda,  
Atq; ignominia non abeunte notat.  
At tua dum reprobat negligens tentoria, Ioseph,  
Reiicit atq; tuam Ioua, Ephraime, tribum.  
Elegit fortem prestanti pectore Iudam,  
Deliciasq; suas, tecta Sionis amat.  
Extruxit loca sancta, Sion in montibus altis,  
Qua non sunt aliquo prateritura die.  
Anteferens aliis Davidem, quem sibi seruum  
Ex stabulis ouium ad regia sceptrā tulit.  
De grege lactenti hunc selegit: ut agmina Iacob  
Utq; Israëlis pasceret ipse gregem.  
Quem sibi commissum studio rexitq; fideli,  
Pectoris & pavit pro integritate sui.*

PSALMVS LXXIX.

Deus, venerunt gentes in &c.

Ethni

**E**thnica gens terram Domini vastavit iniquè,  
Templa prophanato dum polluit impia cultu,  
Quæ fuit antè decus Judææ totius, urbem  
Æquârunt terra Solymam, quin funditus alta  
Mœnia, ceu lapidum cumulos, strauere Sionis.  
Dilaceranda nigris sanctorum corpora coruis  
Proiecere, tuos seruos immanibus, hostis  
Ursis, atq; feris laniandos tradidit omnes.  
Vndiq; & urbs maduit, profuso sanguine sancto,  
Nec sunt dignati tot funera casa sepulcro.  
Et probrosa sumus vicinis fabula facti.  
Risit inhumans, nos spreuit & accola pressos.  
Ast furor iste tuq; cur tanto tempore sauit?  
Fraq; cur spacio tanto incandescit, & ardet?  
Verte tuos motus: pœnas inferto malignis,  
Qui tua non norunt, nec vero numina cultu  
Afficiunt, nomenq; tuum qui non venerantur.  
Quin effunde tuum in gentes & regna furorem?  
Qui te non coluere, tuum neq; numen adorant,  
Quantumuis simulent pietatem pectore falso,  
Progeniem rabido lacerârunt dente Iacobi.  
Ædes vastârunt sacratas Isacidarum:  
Nostrorum scelerum noli memor esse priorum,

Sed

*Sed miserere, Deus, nostri, citò propitiusq̃  
Da veniam, auxilium fer, cunctis eripe noxis:  
Libera & à maculis nos puros reddito nostris.  
Ne spectes, quid nos peccatis commereamur:  
Sed spectes, poscat quid gloria nominis alti.  
Cur sinis, ut gentes dicant: ubi nunc Deus ille,  
Qui iuuet oppressos, & dextra protegat alma?  
Fac mala gens, nobis spectantibus, experiatur,  
Quòd sis latronum vindex ultorq̃, seuerus.  
Captiui populi gemitus, Deus, excipe clemens,  
Serua, quos voluit turba impia tradere letho.  
Septuplici meritos vicinos affice pœna:  
Pro sannis plagas, pro risu vulnera redde.  
Grex tuus egregium pastorem laude decora  
Te afficiet: tua nam laus est, tua gloria sola.  
Laudibus aternis nomen celebrabimus eius,  
Qui, ceu pastor oues, nos seruat fidus ab hoste.*

PSALMVS LXXX.

Qui regis Israël, intende &c.

○ Fide custos, Pastor ô Abramidum,  
Oues Joseph qui diligis,

X

Pascis

*Pascis gregemq<sup>3</sup> Isacidum,  
Infidesq<sup>2</sup> Cherubin.  
Ostende virtutis tuae fulmen, Deus,  
Nobis opem fer ocyus,  
Ephramidis qui es pravius,  
Et Manassa & Benlamin.  
O summe Rex Zebaoth, & dux aetheris,  
Quousq<sup>2</sup> vota respues?  
Numentuum rogantium,  
Gratiam cur abnegas?  
Maerore duro nostra condis fercula,  
Dapes dolore temperas,  
Nobisq<sup>3</sup> misces pocula,  
Tot referta lacrymis.  
Statuisq<sup>3</sup> nos risum propinquis accolis,  
Rixisq<sup>3</sup> vexas plurimis.  
Contemnat ut nos inuidus,  
Hostis ac irrideat.  
Deus Zebaoth, atq<sup>3</sup> fautor omnium,  
Qui te colunt honoribus,  
Ab mitte tu solatium,  
Nosq<sup>3</sup> sana languidos.  
Traducis ex Aegyptiis vitem bonam*

*Terris,*

Terris, tua potentia.  
Longeq; pulsas gentibus,  
Ponis hic vitem tuam.

Eiusq; ramos proferens pulcerrimè,  
Eam sinis sic crescere,  
Radice terras reptili  
Ut pererret undiq;

Patulum tegit montem sua vitis comâ,  
Colles obumbrat suaviter,  
Odore replet omnia,  
Atq; cedros obtegit.

Et tu facis, quo leta vitis germinet,  
Ad usq; littus æquoris  
Eiusq; frondes crescere.  
Tu facis per flumina.

Cur eius autem septa frangis fortia,  
Ut quisq; transiens eam,  
Euertat eius terminos,  
Perdat eius mœnia.

Vastata vitis est aprorum dentibus,  
Abelluisq; pessimis,  
Corrupta vitis effertis  
Est & à leonibus.



Ab cerne, Rex Zebaoth, alto ex aethere,  
Tuamq<sup>3</sup> vitem visita,  
Eiusq<sup>3</sup> frondes erige,  
Et iacentem subleua.

Coluit manus quam sedulo vitem tua,  
Hanc quaeso ne sic deseras,  
Eamq<sup>3</sup> fidus excole,  
Firmiterq<sup>3</sup> protege.

Attende quaeso singulos & increpa,  
Qui perdidit vineam,  
Incendium ne latius  
Prouehatur, prospice.

Propugnat alma dextra Jovis singulos  
Sui ministros Numinis,  
Defendit illa fortiter  
Singulos, fidos Deo.

Nos restituti, corde toto, nomina  
Nostri Dei cantabimus,  
Eumq<sup>3</sup> sani in secula  
Longa nos celebrabimus.

PSALMVS LXXXI.

Exultate Deo adiutori nostro, &c.

Cantate

*Aaaa*  
*aa*  
*a*

*Cantate laeti laudibus* *Cantate laeti laudibus*  
*Numen Iehouæ maximum,*  
*Celebrate robur optimum,*  
*Dei Iacobi maximi.*  
*Cantate psalmos pectore,*  
*Deo ferente gratias.*  
*Laudate raucis tympanis,*  
*Laudate nablis suauibus.*  
*Festa hebdomas te barbytis,*  
*Te Pascha laudet canticis,*  
*Et cuncta natio tua*  
*Tubis celebret nomina.*  
*Seruator ista regula,*  
*In Israëlis terminis,*  
*Vult hisce laudibus coli*  
*Protektor ille Isacidum.*  
*Stabiliuit istud maximus*  
*Deus Iosepho symbolum:*  
*Vbi ex vaga Ægypto suos*  
*Peregrinaq; ora duceret.*  
*Sic Ioua dicit maximus:*  
*Gravi tuum cum pondere*  
*Corpus leuarem debile,*

X 3

Tuos

Tuos labores tollerem.  
Cum me vocares, adfui  
Præsens tibi in periculis,  
Ipse erui te: perderet  
Ne turbinis te saua vis.  
Audi, quod aio, Natio,  
Quod mando, serua, natio,  
Iudæa gens dictis meis  
Attende, ne sis contumax.  
Me præter, haud est vnicus,  
Nec qui Deus par sit mihi,  
Me præter vnum, neminem  
Colas honoribus meis.  
Dominus Deusq; sum tuus,  
Qui te ex mala Ægypto tuli.  
Expande rictum & os tuum,  
Replebo dote largiter.  
Sed gens mihi contraria  
Vocem meam non accipit.  
Israël & non respicit,  
Nec audit Israël mei  
Pacti statuta & fœderis  
In impia caligine.

Perire

Perire passus quem fui,  
Frena ut sua libidini  
Laxans graues pœnas daret.  
Conuersa si me Natio,  
Quibus deceret laudibus,  
Extolleret, nec in suis,  
Meis sed iret in viis:  
Tunc mox eorum perderem,  
Hostes iniquos stirpitus,  
Meaq; dextra pessimis  
Osoribus, resisterem,  
Ut hi fugati funditus  
Mox interirent: at meus  
In secula longa uiuidus  
Cultor pius gentem meam,  
Felicitate plurima  
Vellem beare, ut gaudiis  
Posset frui perennibus.

PSALMVS LXXXII.

Deus stetit in Synagoga Dei, &c.

**I**udiciis iuste cum præsit, iudicat omnes  
Terrarum Dominos hic & ubiq; Deus.

Incre-

*Increpat hos: quanto decretis tempore iniquis  
Luditis, & turpi fallitis arte bonos?  
Æqua bilanx miseros, orbosq; examinet omnes,  
Oppressos bonitas erigat atq; leuet.  
Iusticia recreate probos, hostilibus armis  
Carcereq; ereptos asserite innocuos.  
Verum hac prætereunt surdis cuncta auribus omnes,  
Nil animis illi nil oculisq; vident.  
Ergo ubi iusticia est neglecta, ubi spreta Iehouæ  
Dogmata sunt, inde est non procul interitus.  
Vos, quoties dixi, diuini numinis esse  
Participes, summi progeniemq; Dei?  
Attamen iniustos fatalis pœna tyrannos  
Exemplis tragicis morsq; obeunda manet.  
Surge Deus, reprobi vindex, ulciscere crimen,  
Tu rege terrarum numine sceptrâ tuo.*

PSALMVS LXXXIII.

Deus ne taceas, neq; fileas, &c.

*Cur placet tanto tacuisse seculo,  
O Deus? cur negligis ista mutus  
Continens iram, reprobisq; pœnas  
Cur, rogo, differs?*

Sauunt

Sauunt hostes, caput eriguntq;  
Pectore inflati: parat atq; technas  
Et tuos blanda petit arte, turba  
Insidiosa.

Inquiunt: quid tollere nos moramur,  
Qui Deum toto venerantur orbe?  
Israëlem per dite, nomen eius  
Ne amplius extet.

Obligant sacro sua corda nexu,  
Et necem Sanctis mala gens minatur,  
Symbolis certis, nimiumq; forti  
Fœdera nodo.

Ismaël, Hagar, Moab, ac Iduma,  
Assur, Ammon, Amelechita, Lothus,  
Gebalitanus, Tyrus, & Philistæi  
Fœdere iuncti.

Da Deus, fiant similes superbis  
Midianitis, Gideone pressis:  
Fac, luant pœnas Sisara superbi, ad  
Flumina Kison.

Hi truci, & sauo perière bello,  
Sanguinis riuus maduere campi,

Y

Et crus

Et cruor fusus malè, stercoravit  
Cadibus arua.

Fac duces fiant similes Orebo  
Atq; Sebo, qui miserè necati,  
Et caput quorum in Gideonis olim  
Castrarelatum.

Fac cadant cuncti proceres, eòdem  
Quo modo Salmuna ferusq; Seba,  
Qui truci fastu, scelerato & ausu  
Templa profanant.

Fac Deus, turbo hos rotet & procella,  
Da, leuis fiant stipula acta vento,  
Ignis ut sylvas populatur altas,  
Flammaq; montes.

Ioua sic terra hos nigricante nymbo  
Sua tempestas reprimat, feroces  
Repleas vultus subito rubore, ut  
Numina curent.

Fac pudefiant, magis ac pauescant,  
Occupet tristis pudor ora eorum,  
Fac trucidentur, pereantq; cuncti  
Mente maligna.

*Sic tuum discent celebrare numen,  
Nosse sic discent tibi nomen esse,  
Quo nec in toto mago sit colendum,  
Numen in orbe.*

PSALMVS LXXXIII.

*Quàm dilecta tabernacula tua, &c.*

*Q*uàm plena est Domini laticia domus,  
Quàm sunt mira Dei gaudia Zebaoth,  
Ac ades Domini, templaq; suauia,  
Qua sacra loue maximo.

*Q*uàm templi, mea mens, expetit atria,  
Quanto ardore animus sacra Dei petit,  
Et quarunt Dominum corporis intima,  
Deum Iehouam et expetunt.

*Q*uam sedem reperit passer, ibi manet,  
In tuto posita est cuncta auis, aetheris  
Ac tectum volucris condit, & artifex  
Hirundo nidum preparat.

*A*st altare tuum, mi Deus, expeto  
Rex regum, Domine, ac dux dominantium,  
Felices tuâ qui templa vident, ii  
Tollunt Iehouam laudibus.



*Felix, cui sociat se Deus optimus,  
Felix, qui Dominum corde pio colit,  
Felix, qui Dominum tollit honoribus,  
Felix, Iehoua cui fauet.*

*Per desertam eant, efficiunt sibi  
Fontes: rore rigant arida & hi loca,  
Ornanturq; pii feruidi honoribus,  
Cunctis abundant gaudiis.*

*Et sunt laus Domino, et gloria Maximo,  
Et victis validis hostibus undiq;  
Hoc tandem efficiunt, natio qualibet  
Vt unicum Deum colant.*

*Tu noster clypeus, noster & es Deus,  
Vincti regna tui respice maxima,  
Zelotes Deus o, percipe uoculam,  
Quam guttur edit languidum.*

*Annorum antefero millibus, unicum  
In templo Domini: praefero & atria  
Hac templi Domini, Principis impii  
Splendore clara regia.*

*Pralucens mihi sol, est clypeus Deus:  
Profert namq; Dei gratia, gloriam:*

Non

*Non summi bonitas destituet pios,  
Felix, Deum qui diligit.*

PSALMVS LXXXV.

Benedixisti Domine terram &c.

**P**Raterito fueras nobis qui tempore clemens,  
Eripiens vinclis pignora fida Iacob:  
Quiq; tuo meritis populo dimittere pœnas  
Es solitus, patrio crimina more tegens:  
Cuius iusta licet nobis tamen ira pepercit,  
Sapius & vinci se bonitate tulit:  
Nunc tua soletur miseros nos gratia rursus,  
Sis placidus nobis propitiuq; Pater.  
Asper eris num perpetuo, nec lenior unquam  
Vis fieri? haud flecti te pietate fines?  
Parce, precor, nostri miserere, ignosce benignè  
His, tua qui digno nomina honore colunt.  
O utinam Dominus pacem promitteret almam:  
Hæc mihi melle magis dulcia verba forent:  
Ne recidens ad stulticiam formidine vana  
Turbetur dubio tempore sancta cohors.  
Attamen auxilio firmat Deus & iuuat ipsum,  
Qui vereq; timent, speq; fideq; colunt.

Obuia ut occurrat fidei miseratio clemens,  
Mutua iusticia ut basia, paxq; ferant.  
Utq; amor in terris veri sic germinet, alto  
Prospicit è cælo iusticia atq; fides.  
Semina nostra Deus diuino rore rigabit,  
Agricolis ferat ut centupla grana suis.  
Iusticia ante Deum durabit tempore cuncto,  
Sermo Dei verax, permanet atq; viget.

PSALMVS LXXXVI.

Inclina Domine aurem tuam &c.

*phatam iust*

**M**E prona, Deus, aure lacrymantem,  
Audi, quid miser ac egenus orem:  
Conserues animam tibi sacratam,  
Qui credit tibi se, iuues ministrum.  
Ioua ò, respice me tuo fauore,  
Totos quippe dies opem requiro.  
Mentem latifica tui ministri,  
Qui desiderio tui tenetur.  
Tu Rex es bonus, & Deus benignus  
His, qui te merito colunt honore.  
Clemens accipe, quid querar precerq;  
Audi verba meæ petitionis.

Nam

Nam te, dum premo, anxius requiro.  
Quæso, respue ne meas querelas.  
Non quisquam est similis tui Deorum:  
Par vivit tibi nemo honore, & actis.  
Omnis natio, quam potens creasti,  
Nomen pronatum colet perenne.  
Solutus Maximus est Deus, potensq;  
Qui miracula tot stupenda fecit.  
Demonstra, mihi norma quæ tenenda,  
Quæ sit regula certa veritatis.  
Me sic instrue, quò tuos honores  
Grato gutture, mente & ore cantem.  
Toto pectore gratias Iehouæ  
Clementi referam tibi sonor as:  
Ipsius bonitas salusq; magna  
Nam me orco eripuit miserta tristi.  
Nunc insigne licet malum Tyrannus,  
Incensus nimium, mihi minetur:  
Te mitem tamen esse, te benignum,  
Novi, pacificum, pium, fidelem:  
Ergo propitius tuum ministerium,  
Servæ respicias tuæq; gnatum.  
Me signum statuas tui favoris,

Cernens

*Cernens hostis ut erubescat inde.  
Agnoscat simul & pudore victus  
Quod me gratia diligat Iehoua.*

PSALMVS LXXXVII.

Fundamenta eius in montibus &c.

**I***Oua domum posuit sibi forti in monte Sionis,  
Robore quam stabilit.*

*Præq̃, Iacobe, tuis has portas sedibus, atq̃  
Tecta Sionis amat.*

*O urbem celebrem, resonant ubi dogmata vera, ò  
Castra dicata Deo.*

*Nota Rahab faciam, Babyloni et dogmata vera,  
Ut sciat esse Deum.*

*Indigenis, Tyrios, Arabes, Maurosq̃ et Idumas  
Annumerabo tuis.*

*Vrbs, quam Ioua struit, cui muros robore firmat,  
Proferet omnigenas.*

*E variis terris populos, tot Ioua recensens  
Seruat in arce Deus.*

*Alternisq̃ choris cantores pectore fundent  
Carmina leta Deo.*

PSAL

PSALMVS LXXXVIII.

Domine Deus salutis meæ, in die &c.

**Q**ui, Deus, es nostra spes una & vera salutis,  
Has ad te fundo nocte dieq; preces.

Ad querulos gemitus aures conuerte benignas,  
Ad te perueniant hæc mea vota, Deus.

Namq; anima ærumnis grauibus compressa tene-  
Vitaq; lethais proxima fertur aquis. (tur,

Comparor his, stygiū quorum descensus ad Orcum,  
Indigus humani sum miser auxilii.

Inter & occisos iaceo, fero ab hoste relictos,  
Atq; cadauera, qua mœsta sepulcra manent.

Quorum non memor es, quorum tibi notio nulla,  
Exclusi manibus, turba aliena, tuis.

In foueam cæcam multa caligine plenam  
Proiecto, ad superos non datur ire locos.

Me premit ira grauis tua, me furor anxio urget,  
Horrissonis mergor fluctibus, imapeto.

Me quondam chari nunc auersantur amici,  
Opprobrium his factum, qui coluere prius.

Detineor vinclis in cæco carcere clausus,  
Non est inuentus, qui ferat, ullus, opem.

Z

Tabida

*Tabida consumpta est facies, mœrore grauate,  
Attamen expansis inuoco te manibus.  
Num tua conspicient miracula, lumine cassi?  
Num rediuiua cohors carmina grata canent?  
Num tua funereis referent benefacta sepulcris  
Atq; fidem, miseris qui periere modis?  
An tua Cymmeriis patefient facta tenebris?  
Iusticia in vacuo qua queat esse loco?  
At tibi confido, Domine, & tua numina adoro:  
Et tu manè meas percipis aure preces.  
Cur, Deus, hanc animã vultu minitante repellis?  
Cur faciem abscondis, quaeso, salutiferam?  
Mœstus, inops, exul, meq; affligente repulsa,  
Attonitus, vultus iam iaceo ante tuos.  
Terrificusq; tuus furor opprimit anxia corda,  
Horrificus terror saucia membra premit.  
Flumine ceu rapido me mergit perfidus hostis,  
Vndiq; circumdans retibus atq; plagis.  
Sanguine coniuncti, vicini, noti & amici  
Fletibus offensi retrò abiere meis.*

PSALMVS LXXXIX.

Misericordias Domini, in æternum &c.

abideT

Quanta

**Q**uanta Dei bonitas sit, gratia quanta, fidesq;  
Gratifico semper pectore & ore canam.  
Hoc mihi principium sit carminis: Exorietur  
Gratia, in aeternos non abolenda dies.  
Et tua sancta fides statuet durabile regnum,  
In caelis, quoniam terrea regna cadent.  
Firmani pactum, cum charo foedus iniui,  
Iuravi tibi, quae non reuocabo, David.  
Quod tua progenies non interitura sit unquam,  
Quod tibi sit stabilis tempus in omne thronus.  
Facta stupenda, Deus, caeli tua ubiq; fatentur,  
Sanctorum in caetu nota tua estq; fides.  
Quis Domino equari poterit super aethere caeli?  
Conferri superum quis tibi, Ioua, queat?  
Sanctorum in caetu Dominus fortissimus Heros,  
Mira facit sancta terribiliq; manu.  
Quis Domino similis virtute, fideq; Zebaoth?  
Cui verum & bonitas cingit utrumq; latus.  
Compescis fluctus, maris alta per aquora, motos,  
Imperium Ponti solus & vnus habes.  
Inflatum Raabum, tua regna, Aegypte, trucidas,  
Hostiles spargis fortis ubiq; manus.  
Omnia nam tua sunt, caeli terraq; profunda,



Orbem fundasti, quicquid & orbis habet.  
Eurum cum Borea firmasti, Thabor, & Hermon  
Ad laudes plaudunt exiliuntq; tuas.  
Brachia firma tibi, manus est fortissima, dextra  
Excelsa est: similis quis queat esse tibi?  
Iusticia & iuris fulcro tua regia sedes  
Nititur, hanc ornat cum bonitate fides.  
Felicem populum, qui fert tibi iubila latus,  
Luce tui vultus qui duce carpit iter.  
Nomine digna tuo, is fundet tibi carmina semper,  
Iusticia extollet se celebrisq; tua.  
Tu decore excelsi tribuisti robora nobis,  
Cornuaq; insurgunt nostra, favore tuo.  
Est etenim Dominus clypeus, firmissima rupes,  
Sanctus in Israël Rexq; Deusq; meus.  
Dixit is: inueni famulū mihi quando Dauidem,  
Perfudi hunc oleo, rex sit ut ipse, sacro.  
Hunc mea seruabit praestanti robore dextra,  
Firmabunt vnctum brachia celsa meum.  
Ut neq; praeualeat quisquam illi pessimus hostis,  
Impia possit eum nec premere vlla manus.  
Hunc per ego reprobos contundam fortiter istos,  
Qui cum dira velint, premia digna ferent.

At mea

At mea firma ipsi bonitasq; fidesq; manebit,  
Perq; meum nomen cornua celsa geret.  
Virtuti ipsius subsint lata aquora Ponti,  
Ipsius dextra flumina subiiciam.  
Talia is attribuet mihi nomina: tu mihi rupes,  
Tu Deus & Pater es, praesidium atq; salus.  
Hunc statuam primo genitum, faciamq; sedere  
Ante alios Reges in potiore throno.  
Foedera quaest atui nos inter, firma manebunt,  
Gratiaq; est finem non habitura mea.  
Illius, efficiam, ut semen non desinat unquam,  
Nec solium, donec semita solis erit.  
At si posteritas eius mea iura relinquet,  
Deserere incipiens sancta statuta mea.  
Iura prophanantes mea si violare studebunt,  
Transgressi leges impietate meas.  
Ipsorum ferula castigatrice rependam  
Crimina, sit scelevi ut debita poena comes.  
Ast mea perpetuis durabit gratia seclis,  
Firma fides verbi semper eritq; mei.  
Irrita non fient ullo mea tempore pacta,  
Non variabo oris foedera sancta mei.  
Iuravi ipse semel per nomina sancta Jehouae,

Dauidi seruo non, nisi vera, loquor.  
Eius erit semen stabile, & sine fine manebit,  
Clarius & solium lumine solis erit.  
Donec cœliuagæ durabunt cornua luna,  
Testis & atherei fœderis iris erit.  
Sed nunc tu reprobas unctum, misereq; repellis,  
Quem non debebas deseruisse, tuum?  
Pactum cum seruo, diuinaq; fœdera soluis,  
Regia sub pedibus pressa corona iacet.  
Murorumq; apices, & propugnacula firma  
Deiicis, ut non sim tutus ab hoste truci.  
Diripiunt qui prætereunt, sauisima turba,  
Vicinis ut sit risus & opprobrium.  
Quinetiam extollis furiales undiq; dextras,  
Hostiles capiunt gaudia lata manus.  
Illius obtusa est acies, hebetatur & ensis,  
E pugnis nunquam victor abire solet.  
Ornamenta iacent, eius decora alta silentur,  
Sceptraq; cum solio præcipitata cadunt.  
Detrahis ipsi annos, teneræ floremq; iuuenta,  
Ipsam ignominie opprobrioq; tegis.  
Quò, Deus, usq; tuam faciem occultabis? an ultra  
Ignis ut ardebit feruidus, ira tua?

Quàm

*Quàm breuis annorum numerus sit, quaeso, memē-  
Quorsum à te frustra conditus esset homo? (to,  
Viuorum è numero, cedò, cui mors parcat' auara?  
Vitamq; è stygiis quis reuocauit aquis?  
Iurasti ipse tuo Dauidi, fœdere pacto,  
Hac ubi nunc pietas, qua fuit antè, tua?  
Esto memor probri seruorum, Ioua, tuorum,  
Quod gremio excipitur comprimiturq; meo.  
Afficit hoc inimica cohors tua nomina sancta,  
Hoc plantas vncti lædere auetq; tui.  
Sancta Dei bonitas benedicta sit omne per auum,  
Què iuuat ex animo hæc credere, dicat Amen.*

PSALMVS XC.

Domine, refugium factus es nobis, &c.

**P**Erpetuò, Deus, es nobis arx, turris, asylum:

*Quò fugimus tuti semper ab hoste malo.*

*Tu regnas sine fine, pater, sine origine, solus*

*Fundasti montes, astra, mare atq; solum.*

*Tu genus humanum pallentes mittis ad umbras,*

*Ac homines velut ex morte redire iubes.*

*Ante tuos oculos anni sunt mille breuis lux,*

*Præteriti fuit vt temporis vna dies.*

Tempor

Tempora labuntur, torrentis fluminis instar,  
Somnia ceu fugiunt, ceu rosa verna cadit.  
Ceu gramen modo suaue virens, quod falce resectū  
Aret, ut amisso planta vigore perit.  
Ira tua in causa est, quod tam cito labitur atas  
Nostra, tuusq; furor nos rapit ante diem.  
Ante tuos oculos scelera omnia nostra reponis,  
Et que nos fugiunt crimina, nota tibi.  
Bis septem lustris clauduntur tempora vite,  
Vix duo, quando fauent, addere lustra solent.  
Et tamen hoc cui breue ver, bene cum cadit, est nil  
Quam dolor & mæror, fletus & anxietas.  
Nam fugiunt anni, labuntur tempora vite,  
Sic ut iter penna præpete carpit avis.  
Quis Dominū credat tam iustam cōcipere iram?  
Quis sibi & à tanto rite furore cauet?  
Tu doceas hora memores nos esse supremæ,  
Mi Deus: ut sapiens cor tua iussa colat.  
Ab Deus, illustres ad nos conuertito vultus,  
Propitius seruis esto, lebona, tuis.  
Manè nouo repleat nos gratia larga vicissim,  
Ut celebrent laudes carmina nostra tuas.  
Latificato iterum famulos opprobria passos,

Quos

*Quos tanto spacio tristia fata premunt.  
Atq; tui famuli videant tua facta stupenda,  
Et tua sit pueris gloria nota tuis.  
Sit nobis bonus ac mitis clemensq; Iehoua,  
Nostra quod instituit dextraq; firmet opus.  
Det quoq; successus faciles, pia cœpta secundet,  
Ut celebrent cuncti laude & honore Deum.*

P S A L M V S X C I.

Qui habitat in adiutorio altissimi, &c.

*C*ui residere datur sub tegmine Numinis alti,  
*Quem tegit omnipotens propitii umbra Dei.*  
*Hic Domino dicit: mea spes, fiducia, rupes,  
Unde mihi auxilium, vita, salusq; venit.*  
*Eripit ille etenim laqueo venantis acerbo,  
Atq; venenata liberat ipse lue.*  
*Ille suis pennis te conteget, illius ala  
Semper erunt portus perfugiumq; tibi.*  
*Tutus eris, tibi dum pietasq; fidesq; salusq;  
Illius, & clypei & presidii instar erunt.*  
*Ne te terrificent cœca ludibria noctis:  
Ne feriat media in luce sagitta volans.*  
*Ne timeas dira in tenebris contagia pestis,*

A a

Pernis

Perniciem in claro ne metuasq; die.  
Utq; cadant latere à lauo tibi mille, decemq;  
Partibus à dextris millia, tutus ages.  
Imò tuis oculis spectacula leta videbis,  
Cum reprobis factis premia digna ferent.  
Ipse etenim Dominus tua spes, fiducia, robur:  
Igneus, à te arcens, ceu, mala, murus erit.  
Nulla tibi obuient aduersa, nec anxii plaga  
Accedet tectis, damna parare, tuis.  
Angelicis siquidem mandauit loua ministris,  
Sedulò ut obseruent teq; tuasq; vias.  
Ut manibus gestent sublimem te, pedibus ne  
Impingas lapidi, vel mala damna feras.  
Aspida calcabis pedibus, sauumq; leonem,  
Igniuomusq; Draco terga premeunda dabit.  
Me quia dilexit: prompta est mea dextra iuuare:  
Mortifera eripiam pestilitate Deus.  
Me quoniam implorat, sua vota precesq; valere  
Sentiet, ipse adero, quando premetur, ei.  
Eripiam cunctis, dextra victrice, periclis,  
Dignabor seruum laude & honore meum.  
Deniq; longa illum saturabo tempore vite,  
Æterna consors ipse salutis erit.

PSAL.

PSALMVS XCII.

Bonum est confiteri Domino, &c.

**E**ximia est virtus, grata tibi mente probari,  
 Cantando & nomen tollere ad astra, Deus:  
 Manè tuas laudes narrare, & fœdera sancta,  
 Veridicum verbum psallere nocte tuum.  
 Cum nablo, cithara, decachordo dulce canendo,  
 Et quemcunq; dabunt musica plectra sonum.  
 Me cantare facis, Deus, omnia facta stupenda,  
 Hinc cerebro dextra cuncta creata tua.  
 Magna nimis manuum sunt omnia facta tuarū,  
 Sunt sensus cordis, stagna profunda maris.  
 Talia non credunt fatui, sensuq; carentes:  
 Nec curant eadem stulticia tumidi.  
 Impiaturba viret, ceu pratum gramine letum,  
 Floret & arbitrio gens scelerata suo.  
 Donec in aeternum miserè perdantur ad unum,  
 Vt nihil ex tanto sit strepitu reliqui.  
 At tu, iuste Deus, meritò celsissimus esse  
 Diceris, & talis tu sine fine manes.  
 Hostes namq; tui, Deus, impietate peribunt,  
 Et dispergentur, qui mala damna struunt.



*Erigit ille meum cornu, ceu in fronte gerentis  
Vnum, oleoq<sup>3</sup> nouo tempora bina rigat.  
Pascam oculos, cernens hostilia membra perire,  
Auris ouat, turpi militis interitu.  
Interea iustus, victrix ceu palma, uirebit,  
Crescet, ut in Libano crescere cedrus amat.  
Inserti templo Domini, domuiq<sup>3</sup> sacrae,  
Atria floreant per spacia Dei.  
Floreant, licet accedat cariota senecta,  
Florenti è fructu gaudia multa ferent.  
Mirificam Domini bonitatem lingua loquetur,  
Quòd sit praesidium, vindice iure, meum.*

PSALMVS XCIII.

Dominus regnauit, decorem &c.

**R**EX summus Deus est, parensq<sup>3</sup> rerum,  
Cinctus robore, veste clara amictus.  
Fundauit sibi qui perenne regnum,  
Cuius continet amplitudo terram,  
Quò stet firma, locum Deus parauit,  
Ne seculo moueatur illa quouis.  
Augustam posuit sibi cathedram,  
Quam saluam miseris tenet per aeuum.

Exur.

Exurgunt fluvii, Pater, strepentes,  
Extollunt sonitus suos ruentes,  
Fluctus proiiciunt & astuantes,  
Sunt grandes strepitus aqua marisq̄:  
Sed maior Deus aquus & benignus:  
Rectum iudicium tuum: perennis  
In tectis, pietas, tuis relucet.

PSALMVS XCIIII.

Deus vltionum Dominus, &c.

O Deus in cœlis, cui competit vltio soli,  
Vltricem dextram, mi Deus, exerito.  
Reddas pro meritis sua premia digna proteruis,  
Qui iustus iudex, sceptrâ superba regis.  
Quo tandem vsq̄, Deus, ceu sesquipedalia verba,  
Audaces iactent, pestiferiq̄, vomant?  
Heredem populū feriunt male, verbere mulctant,  
Cedentes viduas, teq̄, patre orbe, simul.  
Dicunt: non aliquis Deus est, qui talia cernat:  
Non curet Deus hæc, ô Iacobe, tuus?  
Vos stolidi in populo, dictis attendite nostris,  
O fatui, quando, ut vos sapiatis, erit?  
Lumina qui fecit Dominus, plantauit et aurem,

An non is videat verbaq; percipiat?  
Castigans gentes an non is puniat ipse?  
Qui docet ignaros, quicquid ubiq; sciunt?  
At Dominus nouit prauis penetrabilia cordis:  
Felicem, Dominus quem sua iussa docet.  
Rebus in aduersis subeat patientia victrix:  
Dum pateat reprobo fossa parata viro.  
Non etenim Dominus populum propellet egenum,  
Heredem nunquam deseret ille suum.  
Inclyta iura Dei, dubio sine, iusta manebunt,  
Huic omnes sancti murus alienus erunt.  
Quis contra reprobos pugnans, mihi firmiter astat?  
Quis ué, meas partes qui tueatur, erit?  
Ni mihi nunc Dominus bonus auxiliator adesset,  
Proh anima obscura mersa iaceret humo.  
Dixi ego: pes mihi lubricus, ut labefactq; adhaesit:  
Me tua, magne Deus, gratia restituit.  
Maestaq; corda graui trepidarunt, ceu maris aestus,  
Latifici vultus restituere animam. (at  
Nil commune tibi cum fœda gente Cathedra,  
Quæ torquet legem pro ratione sua.  
Iustorumq; animas, instructi, perdere tentant,  
Damnando prompta est sanguinolenta manus.  
At mis

*At mihi praesidium Dominus, fiducia certa:  
Est Deus auxilium, portus et aura, meus.  
Peruersa illorum studia, omnia iure rependet,  
Conatus perdet noster Jona malos.*

PSALMVS XCV.

Venite, exultemus Domino, &c.

**E**la agite unanimes Domino exultemq, ouātes,  
Quo nobis parta est auxiliante salus.

Pectore gratifico praclari ad lumina vultus,  
Psalmifono cantu iubila leta sonent.

Est siquidē Dominus, Deus, et super omnia magnus  
Rex, quo non vixit maior in orbe, Deus.

Continet hic manibus, qua tellus continet alma,  
Et quicquid montes per iuga celsa tenent.

Ipsius est tumidum pelagus, qui a fecit & illud,  
Siccavit terram cunctipotente manu.

Huc agite, & proni fundamus vota precesq,  
Ante Deum, cuius nobile plasma sumus.

Ipsē Deus noster, populus, ceu in pascua ducens  
Pastor oves, placida quas regit ipse manu.

Vos hodie, vocem si exaudieritis amicam,

Ne sint dura nimis, corda inimica Deo.

Quales

*Quales in Meriba deserto, Massæ in Ercmo,  
Tentantes Dominum litigiosa cohors.  
Nam licet & tactu & visu mea facta fuissent  
Experti, vires non timuere meas.  
Annorum decades consumsi quatuor, huius  
Effrenis populi tedia multa vorans.  
Tandē ego: sunt homines, quorū corda auia qua-  
Et rennuunt semper iussa verēda sequi. (runt,  
Vsq; adeo ut tandem iurare, feruidus irā,  
Non dabitur requiem his incoluisse meam.*

PSALMVS XCVI.

Cantate Domino canticum nouum,  
cantate &c.

**I***n noua synceras compellit carmina mentes  
Spiritus, huic laudes omnia regna canant.  
Psallite terribili celebrantes nomina celsa:  
Nulla, salute vacet, continuata dies.  
Gentes agnoscant Domini decora alta potentis,  
Et populi enumerent facta stupenda Dei.  
Magnus enim Dominus, super omnes laude vehē-  
Qui sibi diuorum nomina falsa tenent. (dus,  
Gentiles quia sunt diui, simulacra prophana,  
At Deo*

*At Deus in caelis cuncta creata dedit.  
Omnia, eo coram, speciosa ac splendida prostant:  
Omnia & in sancto sunt operosa suo.  
Huc agite, o gentes, adq; atria sancta venite,  
Ferte Deo laudes, quem decet omnis honor.  
Ferte preces Domino, sacraria sancta colenti,  
Ad cuius nutum cuncta creata tremunt.  
Dicite per gentes, Dominum super omnia regem, hunc  
Per fines terra regna parasse sibi.  
Dirigite & populos recta ratione fideq;  
Et sceptrum illius nulla abolenda die.  
Latentur caeli, terra, spaciofaq; Ponti  
Aequora dent fremitus, horrificumq; sonum.  
Frugifera exultet tellus, sua munera iactans:  
Syluiferi montes numina celsa colant.  
Hoc Domino coram, coram hoc tam rege potente,  
Qui venit, humanum ut iudicet omne genus.  
Qui venit, ut iuste terrarum iudicet orbem,  
Et populos aequa lege fideq; reget.*

PSALMVS XCVII.

Dominus regnavit, exultet terra &c.

B b

En

**E**N regnat tandem promissi seminis heros,  
Hinc mundi exultent omnia regna simul.  
Nubila circumdant ipsum, caligoq; densa,  
Iusticia est fulcrum iusq; fidesq; throni.  
Insuper est cinctus crepitantibus undiq; flammis,  
Urit & his vastat castra inimica sibi.  
Igniuomum fulgur terrarum illuminat orbem,  
Quo viso tellus territa concutitur.  
Ante oculos Domini montes ut cera liquefcunt,  
Rectorem terra cuncta creata timent.  
Iusticiam enarrant cœli, et decora alta tonantis,  
Eius honor cunctis conspicitur populis.  
Erubeant, retroq; abeant simulacra colentes,  
Dî reliqui agnoscant hunc Dominūq; colant.  
Te, Deus, exultant Tharida, te scepra tenente,  
Alta Sion gaudet, Iudaq; letus ouat.  
Tu siquidem Dominus terrarum altissimus heros,  
Numinibus cunctis anteferendus eris.  
Qui colitis Dominum, non ficto corde, potentem,  
Et fugite atq; odio semper habete malum.  
Namq; suorum animas custodit ubiq; piorum,  
Hostiliq; manu liberat innocuos.  
Viuida lux iustis semper leto omine surgat,

Gaudia

*Gaudia vera pios nec moritura beent.  
In Domino iusti latentur, & ocia ducant,  
Gratificaq; eius nomina laude colant.*

PSALMVS XCVIII.

Cantate Domino canticum nouum,  
quia &c.

**P***sallete magnifico, noua carmina dicite Regi,  
Qui, quacunq; facit, non nisi mira facit.  
Vindice qui dextra deuicto extollitur hoste,  
Robore diuino brachia sancta mouens.  
Latificam populis notam facit esse salutem,  
Scire suam gentes iusticiamq; facit.  
Fæderis ille memor pacti cum patre Iacobo,  
Omnia regna fidem vult memorare suam.  
Indigena mundi, Domino exultate potenti:  
Laudibus & cantu concelebrate Deum.  
Psallite grata Deo, citharaq; chelyq; tubaq;  
Dulcisonis Regi iubila ferte modis.  
Perstrepant Oceanus regi huic, et quicquid in illo  
Terraq; non sileat, semine leta suo. (est,  
Exultent montes, & ouantia flumina plaudant,  
Iam veniente Deo ad iudicis officium.*

Bb 2

Ipsē



*Ipse Iehoua venit, terras ut iudicet & quis  
Legibus, immota iusticiaq; regat.*

PSALMVS XCIX.

*Dominus regnauit, irascantur &c.*

**E***Sto, fremant populi, furor armifer occupet  
omnes:*

*Cum Dominus noster Rex sit et armipotens.  
Terra tremat concussa metu fundamine ab imo,  
Cum Cherubin Dominus maximus insideat.  
Inclytus est Dominus per mœnia celsa Sionis,  
Illius & populi robora magna timent.  
Laudibus extollant magnum & mirabile nomen,  
Quo non est sanctum nomen in orbe magis.  
Hoc sub rege vigent leges, ius deniq; & æquum,  
Iusticiam tribuit, iudiciumq; Jacob.  
Hunc igitur Dominum merito celebretis honore,  
Offerat huic flexo poplite quisq; preces.  
Legifer hunc Moses coluit cum fratre Aarone,  
Cum foret à sacris clarus uterq; Dei.  
At Samuel quoties Dominum fido ore rogauit,  
Comperit ardentes pondus habere preces.  
Nube sua tectus Deus his sua iussa ferebat,*

*Quæ*

*Quæ seruare illis maxima cura fuit.  
Ioua Deus noster, bonitas tua cognita tunc est,  
Ipsorum audires cum facili aure preces.  
Cum condonares ipsis peccata benignus,  
Et castigares improba facta tamen.  
Exultate Deum, Dominum virtute potentem:  
Montis adorete ad culmina sancta sui.  
Sanctus enim est Dominus, ter maximus optimus  
Robore et excellit laudis honore Deus. (idem,*

PSALMVS C.

Iubilate Deo omnis terra, &c.

**I**ncola mundi Domino dicite  
Canticum: sanctè faciem colentes  
Illius vos nunc, agite, este cuncti  
Pectore leto.

Quòd sit hic vester Dominus Iehoua,  
Solutus & rerum omnipotens creator,  
Hinc liquet, vestrum quia nemo seipsum  
Condidit vnquam.

Hic suo iunxit populo sacro  
Nos oues quando miserè relictas,

*Ad suum pastor benè preparatum,  
Duxit ouile.*

*Ergò templi limen adite lati,  
Conditoris laudibus euehentes  
Nomen, ut suaves resonent per ampla  
Atria cantus.*

PSALMVS CI.

Misericordiam & iudicium &c.

**I**usticiam Domini diuinaq; iura canemus:  
Laudibus extollam te, Deus alme, nouis.  
Qui mihi sunt fidi, quibus est in pectore candor,  
His ego, sincero pectore, fidus ero.  
Alma fides, & amor veri mea templa coronant:  
Non soleo causas arte fouere malas.  
Nil nisi praua ausos; odi cane peius & angue:  
Tales non patiar mecum habitare viros.  
Peruersi corde, ac reprobi mea limina vitent,  
Non fero: ne veniant sub mea tecta mali.  
Qui solet absentes mordaci rodere dente:  
Hunc fugio, ut pestis dira venena male.  
Odi ego, qui gestant fastidia corde superba,  
Iunonis, gressu, quiq; imitantur auem.

Sunt

*Sunt oculi intenti super hos, qui corde fideles  
Prospiciunt populis: hos mihi adesse volo.  
Pectore qui calant facinus, blanda ore loquentes,  
Mendacesq; homines sunt procul arce mea.  
Impia corda meis iubeo mox cedere regnis,  
Ut Domini reliquum non sit in urbe scelus.*

PSALMVS CII.

Domine, exaudi orationem meam, &c.

**M**I Deus, exaudi gemitus, lacrymosaq; verba:  
Et querula ascendant ad tua tēpla preces.  
Ne, rogo, ne abscondas placidi tua numina vultq;  
Sed pateant aures ad mea vota tua.  
Prateriere dies, ceu fumus in aëra, nostri,  
Ut focus, ossa mea, ut torris, adusta iacent.  
Languida corda arent, ceu gramina solis ab aestu:  
Oblitusq; cibum sumere deficio.  
Osibus attritis luētū, caro languida adheret,  
Dum fundo lacrymas cum querulo gemitu.  
Instar Onocrotali deserti per auia clangens,  
Buboni similis per loca sola vagor.  
In me dira vomit conuicta perfidus hostis,  
Perq; caput iurat scoptica turba meum.

Dum

*Dum pro pane mihi cinis est, dum pocula fletu  
Misceo, dum lacrymas deuoro & ore bibo.  
Causa mali tanti tua & indignatio & ira est,  
Me sublatum altè rursus ad ima iacis.  
Diffugere dies, ceu praterit umbra, repente:  
Membraq; sunt sicco gramine sicca magis.  
Ioua, tuum nomen memori nemo eximet auo:  
Expers principii sine carensq; Deus.  
Exurgens igitur, miseri miserere Sionis:  
Te instauratorem tempus & hora petunt.  
Flagitat ex animo hoc famulorum fida tuorum,  
Materiam & lapides ferre parata, manus.  
Ut tua gentiles venerentur nomina sancta,  
Et tuus in terris regibus extet honor.  
Ut Dominum noscant, qui mœnia clara Sionis  
Extruit, hoc ipso robore conspicuum.  
Quod facilem obuertat miserorum fletibus aurè,  
Nec sinat in ventos ferri & abire preces.  
Hæc debent memori in charta perscripta notari,  
Ventura ut soboles posteritasq; legat:  
Atq; horum nati, & qui mox nascentur ab illis,  
Laudibus extollant, concelebrentq; Deum.  
Respicit è solio Dominus mortalia sancto,*

*Prospice*

*Prospicit è cælo terrea regna Deus.  
Audiat ut gemitus obscuro carcere clausi,  
Et morti addictos liberet absq; mora.  
Nomina ut in sancto Domini sint clara Sione,  
Et laus per Solymas sit celebrata plagas.  
Cū populi vnanimis simul ac terra inçlyta regna  
Conuenient, Dominū ut debito honore colant.  
Interea ipse Deus minuit mihi robur, & illas,  
Quas habeo, vires eripit ante diem.  
Cui dixi: cur me cursu, pater optime, vita  
E medio tollis, nec superesse sinis?  
Fundasti terram, & cunctos tu viuus in annos,  
Et cælum digiti composuere tui.  
Omnia transibunt hæc, te sine fine manente,  
Cætera mutantur: tu quod es, illuderis.  
Quando uoles formas alias inducere rebus,  
Tam facile, ut vestis vertitur, hoc tibi erit.  
Sed tu solus habes nunquam variabile numen,  
Destituent annos tempora nulla tuos.  
Seruorum soboles etiam est mansura tuorum,  
Posteritas horum semper eritq; virens.*

PSALMVS CIII.

Benedic anima mea Domino, &  
omnia &c.

*phalensis*

**L**auda vis anima Deum benignum,  
Diuinum celebrato numen eius.  
In me vis anima mea benignum,  
Laude extollito munerum datorem.  
Quotquot scis tibi contigisse dona,  
Excelsi Domini esse, predicato,  
Peccatum tibi qui remittit omne:  
Labi qui facilis medetur omni:  
Vitam qui redimit tuam caducam:  
Qui te commiseratione ditat,  
Exornat quoque gratia paterna,  
Ori suppeditanstuoque large.  
Mitis te saturat cibo salubri,  
Sit vniuersa, aquila ut seni, iuuenta,  
Pressis iusticiam dabit Iehoua.  
Pressis iudicium dabit Iehoua.  
Leges exposuit viasque Mosi,  
Quas tanquam populus suas sequatur.  
Est clemens Dominus, pius roganti,

Est

*Est multus bonitate: tardus ira,  
Is non tempus in omne litigabit,  
Irarum minimè tenax manebit:  
Non pro criminibus facit merenti:  
Non dignum tribuit malum reatu.  
Terra celsior orbe: sicut ather:  
Eius gratia sic praeit fideli,  
Quantum sol oriens ab occidente est,  
Tantumdem scelus omne abest per illum,  
Illum sic miseret sui timentum,  
Ut blanda sobolis sua parentem.  
Nos ex pulvere nonit esse natos:  
Tales quòd sumus, ipse scit Creator.  
Mortalis, quasi planta, vita floret:  
Mortalis, quasi flos agri, virescit:  
Flos marcet, simul ac grauis flat aura,  
Aest post, nec locus eius extat usquam.  
Stat verò bonitas Dei perennis,  
Stat cum iusticia gregi piorum.  
Viuant hi modò, quod iubet, sequentes:  
Seruent fœdere ius, quod ipse sanxit.  
In caelis solium Deus locauit,  
Cunctas res sibi subditas gubernat.*



Fortes, morigeri Deo, potentes,  
Legati celebrent eum superni,  
Omnis prædicet hunc cohors ministra,  
Quæ poscente Deo, capeſſit arma.  
Auctori benedicat omne rerum  
Regno ſubiicitur quod eius uſquam.  
In me ſunt quoq; quantacunq; laudent.  
Lauda, vis anima, Deum benignum.

PSALMVS CIIII.

Benedic anima mea Domino, &c.

**Q**ui mare, qui terras, qui cælum condidit  
huius  
Sis, anima, in laudes officioſa Dei.  
Te ſiquidem Dominũ immenſa virtute coruſcum  
Maieſtatis honos ornat & omne decus.  
Lucida ſunt, tegeris quibus, indumenta, volumen  
Cælorum expandis, ceu noua vela ſolent.  
Fornice ſuſpenſas claudis, Deus, aëris undas,  
In quibus ipſe tonans miſſile fulmen habes.  
Imò triumphales ducis per nubila currus,  
Impete ventorum cum rapidoq; volas.  
Spirituum turma huc celeresq; feruntur & illuc,  
Dum

Dum venti & flamma more ruentis eunt.  
Fundasti proprio librata pondere terram,  
Ut maneat nullo concutienda die.  
Oceani tegis hanc quasi fluctibus undiq; cinctam,  
Altior est celsis montibus humor aqua.  
Ad tua iussa tamen fugiunt undaq; recedunt,  
Terrentur strepitu fulminis atq; tui.  
Montium ut emineant iuga subsidentibus imo  
Vallibus & campis conueniente loco.  
Flumina cinxisti ripis, ceu limite certo,  
Ne campos humiles, ne iuga celsa tegant.  
Atq; cauas valles recreas scaturigine leta,  
Ut validos montes flumina magna secent.  
Ut rapidum inde bibant animantia fessa per aestu,  
Inde suamq; leuet cerua agitata sitim.  
Hæc circum volucres concentibus aëra mulcent,  
Frondebis è letis carmina leta sonant.  
Herbiferos montes respergis rore salutis,  
Frugifera ditas messe benignus agros.  
Largaq; syluiuagis emittis gramina brutis,  
Et sata quæis hominum pascitur omne genus.  
Producis Cereris frumenta, è viscere terra,  
Quæis satures, quotquot viuida mēbra gerūt.

Fert gravidus palmes generosi dona Lyæi,  
Pectora quæ curis nostra leuare solent.  
Atq; hominum facies oleo facis esse nitentes,  
Et firmas panum corda fouesq; cibo.  
Vitalem arbor habet frondens sub cortice succum,  
In Libani cedrus vertice multa viret.  
Illic nidicolæ volucres habitacula condunt,  
Ardeaq; ex alta conspicienda pinu.  
Saxosopendent scanduntq; in culmine dama,  
Antra cuniculus hæc, quæ sibi fodit, amat.  
Tu facis, ut Luna distinguant cornua, menses,  
Annua dum reuehunt tempora Solis equi.  
Tu terra noctis tenebras inducis inertes,  
Quando solent cuncta pascua adire fera.  
Rugitu catuli testantur quando leonum,  
Quærere se prædam, prospiciente Deo.  
At redit Eois cum sol rediuiuus ab undis,  
Ocyus aufugiunt, & sua lustra petunt.  
Tunc iterum surgunt opera ad præscripta coloni,  
Donec ad occiduas Sol reuehatur aquas.  
Alme Deus, quanta est operum structura tuorū,  
Terra tuis plena est lætaq; tota bonis.  
Tum mare latiuagum scatet undiq; pisce vorace,  
Magna

Magnaq; cum paruis corpora pontus habet.  
Hic videas grauidas operoso pondere naues.  
Hic cete ludunt grandia, aquasq; secant.  
Te cuncta expectant Dominū, te cuncta verentur,  
Ut sua des manibus pabula cuiq; tuis.  
Nam saturabuntur, te suppeditante alimenta,  
Quando aperisq; manū, cōmoda multa ferunt.  
Cum faciem abscondis, turbantur territa, quando  
Auram vitalem subtrahis, intereunt.  
At tua si emittas spiramina, mox recreantur,  
Ut facies terra mox noua vere redit.  
Gloria sic Domini ut vigeat sine fine, precamur,  
Gaudeat ut factis conditor ipse suis.  
Quo terram aspiciente, tremunt tota illa pauetq;  
Cum tangit montes, euolat inde vapor.  
Cātabo hunc Dominū, dum spiritus hos reget artq;  
Ipsū laude veham, vox mihi donec erit.  
O utinam mea vota illi, mea verba placerent,  
Certè ego delector laude & honore Dei.  
At peccatorum pereat turba impia, tales  
Mi Deus, in terris non superesse sinas.  
Sic mea laudabit Dominū mens viuida iustum,  
Atq; anima ipsius numina sancta colet.

PSAL.

PSALMVS CV.

Confitemini Domino, & inuocate &c.

**D**ulcisono cantu psallentes hoc agite, omni  
 Ut populo fiat gloria nota Dei.  
 Nomen ut illius digno afficiatur honore,  
 Latentur, quibus est quærere cura Deum.  
 Virtutem toto sic querite corde Iehoua,  
 Eius vos faciem ut semper amare iuuet.  
 Factorum illius ne vos obliuia tangant,  
 Fœdera sancta eius vos meminisse iuuet.  
 Vos decet hoc natos de semine mitis Abraha,  
 Electos famulos, pignora chara, Iacob.  
 Ipse Deus noster, Dominus fortissimus idem,  
 Per terræ latas iudicat ipse plagas.  
 Ipse memor pacti, promissi deniq; verbi,  
 Quod statuit multis millibus, esse ratum.  
 Cum Tharide erexit fœdus: iurauit Isaaco,  
 Perpetuum id pactum, fœderis esse loco.  
 Dicendo: Canaë tibi tradam hæc regna vetusta,  
 Tota sit ut sortis terra futura tua.  
 Cum pauci numero, nec adhuc bene viribus aucti,  
 Atq; alienigenæ per loca vasta forent.

Muta

Mutatisq<sup>3</sup> locis nunc hac nunc illa subirent  
Hospitia, ad gentes progrediendo novas.  
Nec tamen interea fraus illis vlla noceret,  
Propter eos reges argueretq<sup>3</sup> Deus.  
Descendo: nolite meos attingere Christos,  
Ut tibi & studeat nemo nocere meis.  
Dira fames terram cum grassatura per omnem  
Esset, nec Cereris dona daturus ager.  
Seruus in Ægyptum à Domino præmissus Joseph,  
Perfidia fratrum venditus antè fuit.  
Nili colæ insontem clausurunt carceris antro,  
Detinere pedes ferrea vincla viri.  
Donec in effectum diuina oracula venirent,  
Esset ut in summo Regis honore Ioseph.  
Tum Rex innocui dissolui vincula iussit,  
Regnorum Reçtor libera colla dedit.  
Esset ut Oeconomus regni regisq<sup>3</sup> bonorum,  
Ægypti ut populis mitia iura daret.  
Ut Pharios proceres populum regere ipse doceret,  
Atq<sup>3</sup> senatores iustitiam colerent.  
Post ea Niliacas genus Israël in oras  
Venit, & exul in his hospes eratq<sup>3</sup> Iacob.  
Crescente interea hoc populo diuinitus aucto,

Aduena suspectus redditur hospitibus.  
Quorum cor verti permisit Ioua malignum,  
Ut premerent odiis hunc sine fine suis,  
Imò ut auos nostros oneratos mole laborum  
Paulatim cuperent perdere fraude noua.  
Paulò mox Mosè sapientem misit, & illi  
Adiungit comitem fratrem Aarona Deus.  
A Domino hi electi fecerunt signa stupenda,  
Viderat Ægyptus qualia nulla prius.  
Iusserat Ægyptum, ut tenebris tegerent, Deo, om-  
Hi parent Domino, resq; secuta fuit. (nem:  
Niliac a tetro manarunt sanguine ripa,  
Occidit pisces fluminis ille cruor.  
Et ranis & erant bufonibus omnia plena,  
Fœdauitq; eadem regia tecta lues.  
Dixit, & insecti venit genus omne, venenis  
Quod vastare suis germina leta solet.  
Pro pluuia arentes consperxit grandine campos,  
Agrorum fructus fulminis igne tulit.  
Prostravit ficus, fregit cum ficibus uuas,  
Pomiferum excisum est arboris omne genus.  
Aduenere etiam bruchi, innumeraq; locusta,  
Erugibus ac herbis triste nocensq; malum.

Denis

Deniq; primitias partus Deus abstulit omnis,  
Dum primogenitum non superesse sinit.  
At populum Ægypto eduxit latum incolumemq;  
Portantemq; humeris aurea vasa, suum.  
Huius in egressu gaudens fuit accola Nili,  
Tantos intulerant facta stupenda metus.  
Nube sua extensa Deus hic protexit euntes,  
Quæ tenebras noctis dispulit igne suo.  
Fecit, ut innumera hunc aleret populūq; coturnix,  
Flumine & hoc posset turba leuare sitim.  
Discidit & petras effusis largiter undis,  
Arida deserti hinc flumina amœna rigant.  
Ioua sui verbi memor, ut promisit Abrahæ,  
Irrita non voluit reddere pacta sua.  
Sed cum laticia gentem eduxitq; triumpho  
Ipse suam, sic ut iubila ferret ei.  
Post ea distribuit regiones sortibus aquis,  
Noster ut hostilis iure maneret ager.  
Cuncta tamen certa ratione ac lege peregit,  
Ut colerent pacta & firma statuta Dei.

PSALMVS CVI.

Confitemini Domino, quoniam &c.

D d 2

Gratis



**G**Ratificas Domino clementi dicite laudes,  
Eius enim bonitas incluta sine caret.  
**Q**uis Domini enumeret praeclusta facta potentis?  
Quae celebrent meritis laudibus ora Deum?  
**O** quater hos, quicumque colunt praecepta, beatos,  
Iustitiaque Dei nocte dieque student.  
**P**ro bonitate tua, Deus, auxilii memor esto,  
Quod tua promisit illa befacta fides.  
**E**xhilarent ut nos felicia fata tuorum,  
Gaudia carpentes mutua cum populo.  
**U**t grata Dominum laudemus voce potentem,  
Qui tanto haeredit ornatus honore suos.  
**C**um patribus nostris fœdè peccauimus omnes,  
Impietas cunctos nos facit esse reos.  
**E**n nostri patres Ægyptiæ regna colentes  
Te bene perspectum non habuere, Deus.  
**I**mmemoresque operum, perfortia regna, tuorum,  
Turpe rebellârunt ad mare deinde rubrum.  
**S**eruauit tamen hos, respectu nominis alti,  
Ut faceret dextra robora nota sua.  
**I**ncrepuit pelagus, iuncis & carice tectum,  
Arruit ad nutum mox via facta Dei.  
**P**er mare sic omnes sicco pede duxit euntes,

Per

Per loca ceu campi plana viator abit.  
Afferuit tutos, contra mala sua minantes,  
Defendit, dextra vindice, ab hoste truci.  
Ast inimicorum mare fluctibus obruit agmen,  
Concinuit laudes tunc pia turba Deo.  
Mox tamen haec ingrata Deo gens omnia spreuit  
Mira opera, & renuit consilia vlla sequi.  
Ad solitos caepere cibos fastidia, Jouam  
Tentantes votis, per loca sola, malis.  
Annuat hic precibus Domini patientia iniquis,  
Optato saturans os stomachumq; cibo.  
Postquam etiam in castris Mosi obstitit amula  
Bella parans ipsi sacrificioq; seni. (turba,  
Terra ad aperta suo Datan glutiuu hiatu,  
Absorpsit socios, o Abyrame, tuos.  
Ignis edax missus numerosam abolere cohortem,  
Flamma vorax iussa est igne cremare malos.  
Conflarunt vitulum celsis in montibus Horeb,  
Fusile adorarunt, numinis instar, opus.  
Pro Dominoq; bouem soluerunt gramine pastum,  
Numinis & vini ficta habuere loco.  
Usq; adeo obliti dextraq; fuere Iehouae,  
Et benefactorum, qua meminisse decet.

Qua vidit Phariis miracula Nilus in oris,  
Quaeq; maris vidit signa tremenda sinus.  
Hinc Dominus statuit, semel ipsos perdere fontes,  
Facta sed est precibus mollior ira Dei.  
Cum sese opposuit Moses, mediator ut esset,  
Ne electum populum traderet exitio.  
Inde suo fastu promissam spernere terram,  
Ausu sunt, Domino nec tribuere fidem.  
Murmure certatim, sua per tentoria, sparsa,  
Obsequiis iustis non coluere Deum.  
Extulit ergo manum, contra ore & corde rebelles,  
Sterneret ut cunctos per loca fœda situ.  
Spargeret in gentes ipsorum semen ut omnes,  
Ceu paleas iaciens, per loca plura, leues.  
Se tamen Idolo Bâal iunxere Peoro,  
Nec puduit vetitis polluere ora cibus.  
Impia sic Domini gens irritauerat iram,  
Ut plaga irrueret cade futura graui.  
Ast vrgens Phinees vindex fuit atq; diremit  
Litem, ut cessaret plaga furorq; Dei.  
Hoc insigne viri facinus, tam zelus & ardens  
Justicia laudem, tempus in omne, tulit.  
Insuper ad flumen, cui tristia iurgia nomen

Impos

Imposuere, Deo bilem animumq<sub>3</sub> mouent.  
Quod male propter eos, Mosi quoq<sub>3</sub> cessit, ab illo  
Cum Dominus dubiam vellet abesse fidem.  
Sic etenim fidi turbârunt corda ministri,  
Exciderent labio vt non bona verba suo.  
Non extirpârunt gentes, mandante Iehoua,  
His mixti mores sed didicere malos.  
Tetraq<sub>3</sub> sunt horum facta atq<sub>3</sub> idola secuti,  
Qua impietas ipsis perniciosa fuit.  
Daemonibus sobolem cum sacrificare solerent,  
Et nollent vacuas cædis habere manus.  
Sanguine natorum sexus utriusq<sub>3</sub> cadentum  
Tunc Canaan regio conscelerata fuit.  
Tota prophanârunt caesorum sanguine regna,  
Scortandoq<sub>3</sub> animas prostituere suas.  
Tum Domini furor immanes exarsit in iras,  
Vt populum faceret triste catharma suum.  
Gentibus vt miseros hostili more premendos  
Subiiceret, procul à re laribusq<sub>3</sub> suis.  
Tunc iuga senserunt sub sauis dura Tyrannis,  
Suntq<sub>3</sub> humiles facti, percutiente manu.  
Sapè quidem eripuit pressos hostilibus armis  
Ioua, sed hac gens est perfida facta tamen.  
Ob sces

Ob scelera attritos, pauci cùm tunc superessent,  
Respexit miserans pro bonitate sua.  
Ipse Iehoua memor Tharida cum semine pacti,  
Fœderis acciperet cum facili aure preces.  
Vnde fuere illis conuerso corde benigni,  
Carcere qui captos detinuerè prius.  
Nos serua, Deus ò noster, nos eripe, sparsos  
Collige ab exiliis, eripe & hoste tuos.  
Laudibus vt meritis tua nomina sancta colamus,  
Notior & fiat gloria ubiq; tua.  
Perpetuo Deus Israël celebretur honore,  
Qui probat hoc fido pectore, dicat: Amen.

PSALMVS CVII.

Confitemini Domino, quoniam &c.  
GRata Deo, populi, componite carmina vestro,  
Mitis vt est etenim, sic sine fine bonus.  
Hoc dicant Domini erepti virtute potentis,  
Quos dextra asseruit vindice vincla leuans.  
Quos sibi collegit cuncta è regione vocatos,  
Quatuor è mundi, sole notante, plagis.  
Qui velut errantes, loca per deserta, bidentes,  
Hospitii inueniunt nullibi tecta sui.

Quicq;

Quiq<sup>3</sup> fame atq<sup>3</sup> siti languentes destituuntur  
Viribus, & querunt, qua recreentur, opem.  
Hi querula ad Dominū clamātes voce benignum  
Omnibus erepti hoc sunt miserante malis.  
Duxit eos, & iter rectum monstravit, ad urbem,  
Qua figant sedes, tuta habitacula, suas.  
Hi dicant merito, pro tanto munere, grates,  
Pro tam mirificis, qua dat ubiq<sup>3</sup>, bonis.  
Quod reficit potu sitientes corporis artus,  
Et dapibus recreat languida membra fame.  
In tenebris alii & densa caligine tristes,  
Corpora sunt quorum carcere clausa, latent.  
Propterea quòd sancta Dei praecepta superbi,  
Et positas leges non habuere ratas.  
Idcirco arumnis Deus horum corda fatigat,  
Vt querant hominum, nec ferat ullus, opem.  
Sed quādo implorāt, cruce ad ima premente, Ieho-  
Optatam miseris sub cruce mittit opem. (uam,  
Tristibus & tenebris depulsis, luce serena,  
Liberat ex caeco carcere membra trahens.  
Hi meritas dicant tanto pro munere grates,  
Laudantes Domini facta benigna Dei.  
Carceris aratas subito qui frangere valuas,

Ee

Ferrae

Ferratos vectes qui remouere solet.  
Sunt alii stolidi, & vitiorum mole grauati,  
Qui scelerum pœnas, ut meruere, ferunt.  
Quando cibos omnes fastidit venter eorum,  
Lethiferi morbi est nausea quando comes.  
Hi simul ad Dominum clamantes ore precantur,  
Ægrotis medicam fert miserator opem.  
Languida viuifico sanans his corpora verbo,  
Ne morbi ad stygias vi rapiantur aquas.  
Hi dignas referant pro tanto munere grates,  
Atq; redemptori carmina leta canant.  
Sacrificentiq; Deo laudem & libamina, ad aras,  
Et celebrent hymnis hæc bona tanta piis.  
Sunt, mare cœrûleum qui findere nauibus audet,  
Velaq; dant ventis, dulcis amore lucri.  
Hi miranda opera in Ponto spectantq; profundo  
Monstraq; terrifica quæ mare mole secant.  
Precipiente Deo, ut confundant aquora venti,  
Qui mare fluctu agum tollere ad astra solent.  
Cû modo summa petit puppis, modo fertur ad ima,  
Nec vitæ nautis spes reliqua vlla manet.  
Cû titubant illi, vino velut ebrinus hausto,  
Consilii expertes deficiente animo.

Hos

Hos tamen in tanto discrimine vota ferentes  
 Audiit, oppressos eripuitq; Deus.  
 Fluctibus & ventis tempestatumq; procellis  
 Sic domitis, maris ut poneret unda minas.  
 Ut mox tranquillo veherentur in aquore leti,  
 Et caperent patria littora tuta sua.  
 Hi dicant grates hac pro bonitate Jehouæ,  
 Atq; opera ipsius perpete laude vehant.  
 Eius & in celebri cantent præconia cætu,  
 Sitq; in consilio laus ea nota senum.  
 Sunt alii, rapido quorum regio arida ab æstu  
 Non præbet scatebris fontis & amnis aquas.  
 Frugiferumq; solum sterile scit puluere sicco,  
 Ob malè, qua insipiens incola, facta, patrat.  
 Cumq; iterum his Dominus concedit flumina lar-  
 Et bibulis terram fontibus ipse rigat. (ga,  
 Quando fame præbet vexatis fertilis arui  
 Commoda, ut utiliter tecta domusq; struant.  
 Tunc & agros colere, & vites plantare iuuabit  
 Annuaq; ex illis lucra referre domum.  
 Tunc Deus aspirans sobolem feliciter auget,  
 Armentisq; beat, multiplicatq; greges.  
 En mala perpeffos, sub sauis mille tyrannis,



Ferre humeris doctos pondera dura suis.  
Dum contempta iacent primatum sceptrâ, nec illi,  
Quò se conferrent, tutum habuere locum.  
Hos Deus arumnis pressos sic erigit, arces  
Ut teneant, sobolem multiplicentq; suam.  
Hæc pia gens cernens verè latabitur: omnis  
Impietas sua dum contrahet ora dolens.  
Quis sapiens erit? hæc qui sic obseruet, ut inde  
Perspiciat, quàm sint facta benigna Dei.

PSALMVS CVIII.

Paratum cor meum, Deus, &c.

**I**N noua fert animo festiuam cantica linguam:  
O igitur citharæ & nabla canora sonent.  
Manè nouo in populis grates tibi carmine dicam,  
Gentibus in cunctis laude ferère noua.  
Nam tua transcendit spaciosum gratia cælum,  
Exuperat nubes & tua sancta fides.  
Te Deus exalta transcendens nubila cæli,  
In terris vigeat gloria summa tua.  
Vt tibi dilecti redimantur carcere duro,  
Me, Deus, exaudi, me tua dextra leuet.  
Est Deus ex adytis mihi dulcia verba locutus:

Sorte

*Sorte dabo Sichimos, metiar atq; Suchot.  
 Est Gileath meus, atq; Ephrem, fidusq; Manasses,  
 Hic robur populi Dux sed Juda mei.  
 Olla mihi Moab sit, vasis apta lauandis,  
 Purgabis soleas, fortis Edume, meas.  
 Jubila cantabo, per cuncta Philistia regna,  
 Hostibus hinc domitis, gaudia plena feram.  
 Quis me deducet per fortia mœnia in urbem?  
 Quis, rogo, Edumeos duxerit ad populos?  
 Nonne id tu facies Deus, etsi nostra repelli  
 Agmina, nec duce te prœlia inire sinis.  
 Auxilium presta, Deus, ad sis tempore iniquo,  
 Humano auxilio quàm malè fida salus?  
 Auxiliante Deo, victricia signa feremus,  
 Ipse hostes nostris subiiciet pedibus.*

PSALMVS CIX.

Deus, laudem meam ne tacueris, &c.

**N**E sileas, Deus ô, mea laus, mea gloria, cuius  
 Tempore non ullo à me reticetur honos.  
 Ne sileas, ne dissimules opprobria falsa,  
 Hoc quibus oppugnat perfida lingua caput.  
 Impia turba suo mihi ubiq; molesta veneno

Persequitur gratis me rabido ore petens.  
Hostili illa odio nostrum compensat amorem,  
Sic equidem affectis non nisi fausta precor.  
Est orare meum, mea cum benefacta rependunt  
Insidiis hi, quos non simulanter amo.  
Quisquis is est, illi dominetur ut impius omni  
Tempore, et à dextris stet, iube, ut ipse Satan.  
Quem sibi qui statuit doctore, artisq; magistrum  
Huius damnata non valere preces.  
Nec sine, contingant huic longa tempora vitæ,  
Alter id officium, quod gerit, accipiat.  
Omnis fac soboles misera ipsius atq; sit orba,  
Uxores viduæ sint egeantq; dape.  
Et profugum semen mendicet ubiq; locorum,  
In vacua panem querat inopsq; domo.  
Fœnoris illaqueet nexu spoliator eundem,  
Et rapiant alii parta labore bona.  
Nemo vicem doleat spoliati: nullus amicus  
Pupillorum inopum sit miserando pater.  
Opprimat & seros eadem fortuna nepotes,  
Sic pereat nomen posteritasq; viri.  
Maiorum peccata Dei memor illius ira  
Puniat exemplis tristibus & tragicis.

Et

Et qua mente leui commisit crimina mater,  
Horum obliuisci Ioua nec ipse velit.  
Nunquam è conspectu Domini illius acta recedant,  
Nomen at illius funditus intereat.  
Interitus causam tanti sed scito fuisse,  
Nulla quod huic miseris parcere cura fuit.  
Afflictos, inopes, pressos mœrore metuq;  
Quod studuit variis perdere morte modis.  
Obruet hunc, qua alios toties, maledictio, laesit,  
Gratia, quam repulit, nulla beabit eum.  
Semper grata viro, execratio vesti at ipsum,  
Tanquam olei, penetret viscera et ossa, liquor.  
Sit loco ei interula, nuda undiq; membra tegentis,  
Ceu noua Zona illi cingat utrumq; latus.  
A Domino datur hæc merces, hanc imprecor illis,  
Qui mihi sunt hostes, perniciemq; struunt.  
At tu, summe Deus, propter tua numina sancta,  
Sis mecum, & gressus dirige, quaeso, meos.  
Et propensa piis tua gratia, liberet ergo  
Me bonitas clemens & tua summa fides.  
Pauper & exul ego non vno affligor ab hoste,  
Corporis ossa mei cordaq; quassa iacent.  
Deficio, umbrae instar, qua sole cadente recedit,

Excus

Excitior, sicut pulsa locusta fugit.  
Nutant agra fame genua, attenuataq; prorsus  
Membra nihil succi, dum caro marcet, habent.  
Interea sum ludibrium, probrisq; onerat me  
Turba mouens risus, docta agitare caput.  
Ergo tua bonitate, Deus, mihi adesto, & opem fer,  
Ut dextra agnoscant hoc opus esse tue.  
Cum maledicendo pergunt, benè perge precari,  
Cum mihi se opponunt, occupet ora rubor.  
At tuus exultet seruus, letusq; triumphet,  
Et tua per cunctas predicet acta plagas.  
Ceu veste opprobriis ignominiâq; tegatur  
Impius hostis, habens quod gemat atq; fleat.  
Interea Domino soluam corde oreq; grates,  
In cætu laudes & celebrabo Dei.  
Qui dextra assistens in fontum iurat uetur,  
Ne pœnas unquam, quas meruere, luant.

PSALMVS CX.

Dixit Dominus Domino meo, &c.

**V**erba meo Domino, Dominus quæ dixit, ea  
hæc sunt:

Nate, meam sedes ad dextram: dum tibi collum  
Hostis

*Hostis calcandum pedibus ceu subdo scabellum.  
Sceptra tui regni Deus est ex arce Sionis  
Missurus populis, per totum habitantibus orbem.  
Tu medios hostes inter dominare poteris.  
Sicq; triumphanti pia gens tibi sponte litabit,  
Atq; diem latum celebrabit clara per orbem,  
Tot natos gignes, gutta quot rore liquefcunt.  
Quem iuramenti non pœnitet, ipse Iehoua  
Iurauit dicens: Ad ritum Melchisedeci  
Summus & æternus peccantibus esto sacerdos.  
A dextra Dominus tibi stans, acerrimus vltor,  
Te iuuat in Regum frangendis viribus, ipsi  
Atq; tibi obstantum, quos illius ira domabit,  
Iudicium exercens, populi vt pia iura sequantur,  
Vtq; cadaueribus sint omnia plena ruentum,  
Tunc inimicorum, victo cum principe mundi.  
Antè tamen patiens bibit ex torrente laborum,  
Quàm via sternatur referenti pulcra trophæa,  
Hinc caput extollet victor super astra leuatus.*

PSALMVS CXI.

Confitebor tibi Domine, in toto &c.

Ff

Laudia

**L** Audibus expromtis ex toto corde Iehouam,  
Iustorum in cœtu consilioq; feram.  
Virtutes Domini diuinæ, opera omnia magna:  
Hæc recolens animus gaudia summa capit.  
Sunt, quæcunq; facit, dignissima laudis honore,  
Iusticia illius tempus in omne manet.  
Et clemens statuit Dominus, miserator & idem,  
Ne, quæ mira facit, nesciat vlla dies.  
Latificas solitus præbere timentibus escas,  
Custodit pactum, pro pietate, suum.  
Nota facit populo miranda opera omnia, cui dat  
Gentibus excisis, regnaq; multa dedit.  
Iusticiamq; fidemq; operatur dextra Iehoue,  
Illius ut rata sic firma statuta manent.  
Seruentur cunctis ætatibus inuiolata,  
Qua decet hæc cura, relligione, fide.  
Ioua redemptorem populo mittetq; salutem,  
Fœdera sanciuit nulla abolenda die.  
Ipsius est sanctum, celebre ac venerabile nomen,  
Qui Dominum metuit, corde animoq; sapit.  
Eximia est virtus, re semper id esse, quod audis,  
Hinc tua perpetua est gloria lausq; Deus.

PSAL.

PSALMVS CXII.

Beatus vir, qui timet Dominum, &c.

**F**elix, qui metuit Dominum, nimiumq<sup>3</sup> beat<sup>9</sup>,  
Eius qui leges nocte dieq<sup>3</sup> colit.

Huius ubiq<sup>3</sup> potens erit & durabile semen,  
Iustorum soboli fors q<sup>3</sup> Deus q<sup>3</sup> fauet.

Illius in domo erunt & opes & commoda vita,  
Iusticiam illius secla futura scient.

Lux q<sup>3</sup> salus q<sup>3</sup> piis orietur nocte profunda,  
Iusti & munifici de bonitate Dei.

Huic bene erit, cuius pietas miseretur egentis,  
Nec sibi diuitias fraude parare studet.

Firmiter hic stabit, non deiiciendus in auum,  
Posteritas iusti semper erit q<sup>3</sup> memor.

Latus agit, mala nulla timet, veniente procella,  
In Domino ponit spem q<sup>3</sup> fidem q<sup>3</sup> Deo.

Corda animosa gerit, nulli subiecta timori,  
Quæ cupit, hac videat donec in hoste suo.

Spargit opes, miseris largitur diuite dextra,  
Præmia iusticia perpetua ille feret.

Atq<sup>3</sup> suum cornu sublimi tollet honore,  
Ut doleat spectans impius atq<sup>3</sup> fremat.



*Invidia ac odio rumpantur ut ilia pravis,  
Cernent & studia & vota perire sua.*

PSALMVS CXIII.

Laudate Pueri Dominum, &c.

*E*Vge festo carmine  
Vos fideles tollite  
Administri numinis  
Nomen eius inclytum.  
Nomen eius psallite,  
Hinc adusq<sup>3</sup> in seculum.  
Laus, honos & gloria  
Sint ab ortu ad vesperam  
Prepotenti tam Deo.  
Omnibus sublimior  
Gentibus noster Deus,  
Cuius ether flammeus  
Subditus potentia.  
Ausus ane quispiam,  
Qui Deo se comparet,  
Occupanti regiam  
Omnium celsissimam?  
Attamen caelestia

Intuens

*Intuens terrestria,  
Non relinquit pauperē,  
Hunc leuans expulvere,  
Atq; tollens stercore,  
Hunc ut inter principes  
Gentis collocet sua.  
Hic carentem liberis  
Incolam facit domus,  
Prole fætā plurima,  
Sic repleta gaudiis  
Mater ut sit blandula.  
Laus Jehouæ sit Deo,  
Omnium mitissimo.*

PSALMVS CXIIII.

In exitu Israel de Aegypto, &c.

**M**agnus ut Isacides Ægyptiæ regna reliquit,  
Tuq; Jacobe potens, barbaricum populum.  
Tum Deus eximium sibi conseruauit Iudam,  
Et protectorem se dedit Isacide.  
Hoc ubi uidisset, fugit maris unda retrorsum,  
Iordanis & resfluo flumine terga dedit.

Montes subsiliere, mares omium ut petulantes,  
Agnorum colles exiliere modo.  
Qua tibi causa fuga, mare, cur tua terga dedisti?  
Qua tibi causa metus, Iordani, tanta fuit?  
Quidnam vos mouit, montes, ad subsiliendum?  
Collibus ad saltum qua noua causa fuit?  
Terra, immota aliàs, tremuit virtute potentis,  
Ante Deum, quem tu fide Iacobe, colis.  
Qui solidas petras mutans in stagna profunda,  
Aspera saxa facit fundere fontis aquas.

PSALMVS CXV.

Non nobis, Domine, non nobis, &c.

**G**Loria non nobis, non nostris competit actis,  
Sed tua, sancte Deus, nomina sola decet.  
Ob tua quae gratis cumulare soles benefacta,  
Obq; tuam indubiam perpetuamq; fidem.  
Cur dicant gentes, simulacra prophana colentes,  
Nunc Deus istorum Trinus & unus ubi est?  
Ast Deus in caelis noster Deus omnia, solus  
Quae vult quaeq; probat, perficit atq; creat.  
Illorum ex auro constata idola vel aere,  
Sunt opera artificum sic fabrefacta manu.

Ora

Oragerunt muta, & non ulli peruia voci,  
Et cæcis oculis lumina nulla vident.  
Sunt illis aures surda, voci undiq; clausa,  
Illorum nares flatu & odore carent.  
Nil palpant manibusue suis digitisue prehédunt,  
Et gressus nequeunt ferre mouendo pedes.  
Nil gustant, nullosq; sonos è gutture mittunt,  
Organa sermonis nulla loquentis habent.  
Atq; horum similes, faciunt qui talia, fiunt,  
Quotquot in Idolis spem posuere suam.  
Tu verò Israel Domino confidere disce,  
Is tibi erit clypei prasidiiq; loco.  
Disce domus prestans Aaronia fidere Iouæ,  
Is scutum, auxilium, robur eritq; suum.  
Qui colitis Dominū, super hoc spes ponite vestras,  
Frrita spes nullo tempore talis erit.  
Nulla Deum nostri capiunt obliuia pacti,  
Sed memor electis dat bona cuncta suis.  
Ipse domum Israel benedicendo atq; Aaronis  
Ditat, & innumeraprospérité beat.  
Qui metuunt Dominū, saturantur diuite cornu,  
Seu proceres seu sint inferiore loco.  
Vos faciat Dominus successu crescere lato,

Atq;

Atq; ortam ex vestro semine progeniem.  
Vos benedicti estis, grati acceptiq; Iehouæ,  
Qui cælum & terras condidit atq; regit.  
Cæli cælorum Domini sint regia sedes:  
Ast hominum cætus terrea regna colant.  
Non te laudabunt defuncti munere lethi,  
Non anima, stygios qua petiere lacus.  
Nos qui inter superos vitali vescimur aura,  
Laude Deum æterna concelebrare iuuet.

PSALMVS CXVI.

Dilexi, quoniam exaudiet Dom. &c.  
**H**ÆC sunt grata meo tristi solatia cordi,  
Quod Deus hanc vocẽ percipit atq; preces.  
Semper in hac vita Dominũ in mea vota vocabo,  
Semper enim oranti est auris aperta Dei.  
Me circumdederant funes & vincula mortis,  
Inferni laqueis iam propè captus eram.  
Anxietas vrgens me a pectora mæsta premebat,  
Vna preces sederat tunc adhibere, salus.  
Dixi igitur: clemens, animam hanc, precor, eripe,  
Quandoquidẽ es iustus propitiussq; Deg. (Ioua,  
Syncero quoniam viuentes corde tueris,  
Oppres.

Oppressumq<sup>3</sup> tua me bonitate iuuas.  
Eia igitur mea mens, Domini sis leta fauore,  
Concipe spem, requiem iam tibi loua dabit.  
Tu Domine, hanc animã reuocasti è faucibus Orci,  
Atq<sup>3</sup> oculum à lacrymis, labricitate pedem.  
Dulce erit ante Dei faciem mihi degere vitam,  
Viuorum regio leta ubi pace viget.  
Vera fides facit, ut loquar, Et pia dogmata spargã,  
Hinc premor, Et plagas, probrãq<sup>3</sup> multa fero.  
Cum mea sollicito trepidarent corda dolore, (est?  
Dixi ego: quàm mēdax, vanus et omnis homo  
Quomodo pro meritis grates tibi soluere dignas  
In me collatis, optime Ioua, queam?  
Accipiam calicem, te conciliante, salutis,  
Ac Domini nomen voce precante canam.  
Ac mea, quæ feci lacrymoso tempore, vota,  
Hæc reddam, populo conspiciente suo.  
Mors in conspectu Domini est preciosa piorum,  
Spe vitæ æternæ qui sua damna leuant.  
Seruus ego tuus, Et famula sum filius idem,  
Ioua, tuæ, hinc aperis tu mea vincla mihi.  
Hinc tibi gratificans grata cum laude vicissim,  
Glorificansq<sup>3</sup> tuum nomen adoro, Deus.

Gg

En

*En mea vota tibi, quibus obligor, omnia solvam:  
In cœtu populi testificante tui.  
Hic ubi celsa tui & notissima limina templi  
In medio Solyma conspicienda nitent.*

PSALMVS CXVII.

Laudate Dominum omnes gentes, &c.

**D**icite laudes  
Vndiq; gentes  
Omnipotenti,  
Natio quæuis  
Glorificato  
Omnipotentem.  
Gratia namq;  
Illius, atq;  
Dogmata vera  
Stant rata cunctis,  
Omne per eum.

PSALMVS CXVIII.

Confitemini Domino, quoniam &c.

**V**anissimi grates cantabimus ore Iehouæ,  
Cuius inexhausta est gratia, sine carens.

Hinc

Hinc meritò dicant nati de semine Iacob:

Quòd careat bonitas sine modoq, Dei.

Atq, eadem dicat genus & sacer ordo Aaronis:

Est bonitate Dei nil magis eximium.

Dicat idem, quisquis colit obseruatq, Iehouam:

Quòd Dominus nunquam desinat esse bonus.

Me Deus exaudit, misero releuamina prestat,

Rebus in angustis fors ubi dura premit. (ho,

Dum mihi dexter adest Dominus, mala nulla time

Nū mihi obesse hoies, puluis et umbra, que ant?

Fert mihi opē presens Dominus succurrere prorsus,

Quas mihi nunc pœnas, emula turba, dabis?

Arx firma in Domino est spē ponere, et una salu-

Spes opis humane est irrita, vana salus. (tis,

Qui Domino fedit, felici nauigat unda,

Fidere principibus, ventus & aura leuis.

Me circumuallant, & cingunt undiq, gentes,

At virtute Dei me feriente cadent.

Cunctæ me gentes cingunt ceu retibus arctis,

At quibus excidam hos, arma Iehoua dabit.

Instar apum pungunt, crepitant ceu sentibus ignis,

Nomen at hos Domini, me reprimente, fugat.

Undiq, me impellunt, lapsus meditantur acerbos:



Non sinit impulsus dextra perire Dei.  
Est mihi praesidium Dominus, cui carmina psal-  
Ille mihi est opifer, vita salusq; mihi. (lam,  
Dextra potens retulit victricia signa lehoua,  
Voce triumphali hinc carmina lata sonant.  
Exaltata Dei quod dextra, operata salutem,  
Magnificam, victrix clara trophaea locet.  
Vnde ego non moriar, sed longo tempore viuam,  
Et nomen Domini miraq; facta canam.  
Ille quidem electos patrio castigat amore,  
At saeva mortis non facit esse reos.  
Iusticia ergo mihi porta sint semper aperte,  
Ut Domini ingressus munera laude ueham.  
Hac est porta placens soli q; sacra lehoua,  
Hanc soli intrabunt iusticiae comites.  
Gratifico ore tibi cantabo, & carmine laudes,  
Quod mea vota audis, quod mea vota probas.  
Quem lapidem artifices reprobauerunt adificantes,  
Fulcit is extructum & sustinet vnus opus.  
Angulis à Domino est factus caput, idq; videntes  
Mirari nequeunt, nec potuere satis.  
Hac est illa dies, quam fecit dextra lehoua,  
Hac lato exultent pectore & ore pii.

Auxis

*Auxiliator ades, succedant omnia fauste,  
Te saluatorem dicimus esse Deum.  
Qui virtute potens, qui maiestate verendus  
Aduenit, ac Domini nobile nomen habet.  
Huic benedicienti nobis, bona cuncta precamur,  
Huic debetur honos, laudis & omne decus.  
Vos quoque felices & digni munere laudum,  
Estis qui Domini pars memoranda domus.  
Fluxit Deus, ut nostris lucem inferat umbris,  
Hinc decoret festum frondibus ara diem.  
Tu mihi solus eris verus Deus, & tibi soli  
Gratia debetur, te sine fine canam.  
Perpetuas grates Domino & persoluite laudes,  
Cuius inexhausta est cum bonitate fides.*

PSALMVS CXIX.

Octonarius primus.

A L E P H.

Beati immaculati in via, &c.

**A**H, quàm felices homines sunt, crimine puri,  
Qui Domini leges atque statuta colunt.  
O quàm felices, monitis qui numinis alti  
Gaudent, hæcque student querere corde pio.

G g 3

Inces

Incedunt etenim Domini qui tramite recto,  
Cæcus in ambages non rapit error eos.  
Tu custodiri tua vis mandata, iubesq̄,  
Ut seruent homines iusta tua imperia.  
Talibus optàrim me tinctum moribus esse,  
Qualibus ipse cupis me tua iussa sequi.  
Non turpis pudor aut confusio me vlla grauabit,  
Mente reuoluentem sancta statuta tua.  
Sed tibi, quas possum, refero, Deus optime, grates,  
Quòd me iura doces iusticiamq̄, tuam.  
Fac, Deus, accipiam finem, fructumq̄, laborum,  
Obseruemq̄, animo splendida dicta meo.

Octonarius secundus.

B E T H,

In quo corrigit adolescentio &c.

**B**ellè quis poterit iuueniles figere plantas?  
Quis faciet promptus, quod tua verba iubent?  
Nunc ego, te, iuuenis, Deus, imo pectore quero:  
Ne me desertum deuius error agat.  
Namq̄, tua eloquia obseruans ita mente recondo,  
Ut memor à grauibus lapsibus abstineam.  
Dirige me, benedicte Deus, tua iura petentem,  
Dignus

*Dignus ut es semper laudibus eximiis.  
Iura, meis labiis celebrans, tua commemorabo,  
Laude uehamq; oris iudicia ipse tui.  
Non mihi sic ullos thesauros posse placere,  
Crede, tua ut leges & tua iussa placent.  
Quæ mandas meditor, te grata prædico uoce,  
Et tuæ pacta sequens ipse, tuasq; uias.  
Scrutariq; tuas leges mihi summa uoluptas,  
Immemorem uerbi non iuuat esse tui.*

*Octonarius tertius.*

*G I M E L.*

*Retribue seruo tuo, &c.*

*C**ura tui tibi sit fidi commissæ ministri,  
Et rege me uerbo uiuificante tuo.  
Ut tua, care pater, mihi sint mysteria nota,  
Hæc animi, ut cernam, lumina pande mihi.  
Hospes sim quamuis peregrinus, et aduena mundi:  
Non tamen indignus qui tua iura sciam.  
Iudicii secreta tui desidero scire,  
Hinc animæ uis est languida tota meæ.  
Elatos perdis, mala cuncta rebellibus infers,  
Obiurgas tumidos, qui mala probra uomunt.*

*Tu pro*

*Tu prohibe, incutiant mihi ne probra vlla pudorē,  
Quando colo leges, diligo iussa tua.  
Et quamuis proceres in me dicteria spargant,  
De verbo, tamen his, dissero sponte, tuo.  
Est vice consilii tua vox, oracula possunt  
Rebus in aduersis me releuare tua.*

Octonarius quartus.

D A L E T H.

Adhæsit pauimento anima mea, & c.

**D**A, mea mens tristis vili de puluere surgat,  
Erectam verbo viuificaq; tuo.  
Exposui mea facta tibi, responsa dedisti,  
Quare pacta doce me, Deus alme, tua.  
Demonstres normam dictorum queso tuorum:  
Tum decreta canam, tum tua iura loquar.  
Sic ego me crucio, pectus mihi ut aereat agrum,  
Te rogo, confirmes cor mihi, summe Deus.  
Errores procul hinc & dogmata falsa repelle,  
Tu mihi doctrina suggere sensa tua.  
Sector recta, viam teneo, qua fallere nescit,  
Veraces gressus omnibus antefero.

His

*His animum admoueo, qua tu testatus es ipse,  
Tu me confundi ne patiare, Deus.  
Tunc vitam institui plantis decurrere rectis,  
Auxilium mihi cum praesidiumq; feres.*

Octonarius quintus.

H E.

Legem pone mihi, Domine, &c.

**E**sto via, Deus ô, monstrator, dirige gressus,  
Tollere quò possim nomen honore tuum.  
Ut seruem leges, me doctis instrue verbis:  
Ut seruem toto corde statuta, doce.  
Præceptisq; tuis me tanquam ducito scalis,  
Cor capit hinc quoniam gaudia vera meum.  
Hoc age, ne pectus corrumpat auara cupido,  
Neuè aliud sitiam, quàm tua iura sequi.  
Avertasq; meos oculos, ne turpia cernant,  
Sed me viuifices lege viaq; tua.  
Fac tuus ut magni faciat tua verba minister,  
Ut te non ficta mente fidelis amem.  
Prospice, ne opprobriũ & turpis me infamia tur-  
Nam iucunda mihi sunt tua iudicia. (bet:

Hh      Ecce,

*Ecce, Pater, tua iura sequor, tuaq; expeto iussa:  
Iusticiam inde tuam me recreare sine.*

Octonarius sextus.

V A V.

Et veniat super me misericordia &c.

**F**Ac mihi contingat tua gratia presidiumq;  
Sicut promittis tempus in omne tuis.

Ut me ludibriis agitantes spernere possim,  
Suffultus verbi viribus ipse tui.

Ne, rogo, destituar vero sermone salutis,  
Nam mihi solamen sunt tua iura, pater.

Sectariq; tua, certum est, vestigia legis,  
Et parere tibi tempore perpetuo.

Hoc mihi restituit languentis pectoris omnes  
Vires, cum leges discere pergo tuas.

Non ego confundar cum regibus atq; monarchis,  
Tradita voce tua, mystica verba loquens.

Namq; tuis iussis recreatus, gaudia carpo:  
Et tua iura sequens diligo corde pio.

Ad tua verba manus, aures & lumina tollo,  
Qua colo, qua veneror, qua meditorq; lubens.

Octos

Octonarius septimus.

Z A I N.

Memor esto verbi tui, &c.

**G**Audia proueniant seruo promissa fidei:  
Verba quibus vitam credere constitui.  
Rebus in afflictis tua vox solatia prebet,  
Corq; mihi reficit, viuificatq; meum.  
Me quamuis homines irrident mente superba,  
Non tua scrutari desino iura tamen.  
Cum, quoties fidos adiueris, ipse recordor,  
Certa mihi spes est de bonitate tua.  
Prauos & reprobos non ficta ego abominor ira,  
Odi, qui spernunt sancta statuta Dei.  
Iusticia doctrina tua est mihi carminis instar,  
Inq; imo latitat pectoris illa mei.  
Nocte memor Domini præclari nominis: ergo  
Quæ præcepta dedit, sæpè reuoluo vigil:  
Diuitiis spretis, argento atq; ære repulso,  
Nam tua, thesauri, sunt mihi iura, loco.

Octonarius octauus.

H E T H.

Portio mea Domine, &c.

Hh 2

His



**H**is dixi verbis: mihi portio forsque Jehoua est,  
Eius ut obseruem facta benigna pie.  
Te precor ex animo, Pater, hoc precibusque requi-  
Quam promisisti, fer miseratus opem. (ro,  
Mente meos meditans gressus, vestigia uerto,  
Adque tuam legem pes cito tendit iter.  
Festino & propero, mora nec me detinet ulla,  
Ut tua, sancte Deus, iussa tremenda sequar.  
Sum reprobæ spoliū turbæ, et quasi præda malignæ,  
Non tamen oblitus legis, ego erro, tua. (nis:  
Me tibi fundentem grates, nox qualibet audit:  
Pro bonitate tua, iusticiaque tua.  
Hi mihi sunt socii, suauisque hos dignor amore,  
Qui te cunque timent & tua pacta tenent.  
Ergo Deus, bonitate tua quia terra redundat,  
Me doceas, quæ sint iura viaque tua.

OCTONARIUS NONUS.

T H E T H.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo, &c.

**I**N dubiis adstas famulo, mala cuncta repellens,  
Ceu tua dicta sonant: ipse tueris eum.  
Moribus excultum melioribus instrue seruum,  
Vt

*Vi tua seclretur sancta statuta, Deus.  
Nondum humilis factus, tanquam leuis erro va-  
Nunc castigatus te colo, teq; sequor. (gabar,  
Cum sis mansuetus, clemens, bonus atq; benignus,  
Me, rogo, conserva, me tua iura doce.  
In me concinnant mendacia dira superbi,  
Nec tamen efficiunt, quin tua pacta colam.  
Pinguia dum fastu turgescunt corda malorum,  
Fus docili studeo discere mente tuum.  
O factum bene, crux humilem quod me tua fecit,  
Iusticiam iuuat hinc me didicisse tuam.  
Ore tuo legem, quam tu profiteris, amabo,  
Quam magis, ac auri millia multa probo.*

Octonarius decimus.

I O T H.

Manus tuæ fecerunt me, &c.

**L** Ege tua famulum confirma, redde peritum,  
Sum qui a plasma tua, mi pater alme, manus.  
Qui te cunq; timent, gaudebunt pectore lato,  
Si tua me videant fœdera sancta sequi.  
Nunc verè didici, quod iudex iustus habendus  
Sis, & in arumnis me recreare velis.

Hh 3

Vnia

Vnica solatur me nunc tua gratia praesens,  
O Deus, ut pacti foederis acta sonant.  
Restituat lapsō Domini clementia vitam,  
E verbo ut capiam gaudia vera Dei.  
Mendaces pereant, pudor occupet atq; superbos,  
Dum de diuina dissero lege tua.  
Qui tua iussa colunt, ut se coniungere mecum,  
Possint, efficias, te rogo, summe Deus.  
Pectore seruabo tua si praecepta fideli,  
Tum mala non poterit fama nocere mihi.

Octonarius vndecimus.

C A P H.

Defecit in salutare tuum, &c.

**M**ens desiderio caelestis opis mea languet:  
In verbis Domini spes mea cuncta sita est.  
Respicens oculis tua pacta, his inquit verbis:  
Num promissa mihi nunc datur illa salus?  
Contrahor, ut pellis, quam siccatur fumus, in arctū,  
Et tamen edicti sum memor usq; tui.  
Surge Deus, meritis hostes tandem obrue pœnis:  
Ne sit iudicii tam mora longa tui.  
Insidias reprobi tendunt mihi mente dolosa,  
Qui

Qui tua contemnunt dogmata sancta, Deus.  
Verax sermo, Deus, tuus est, me tolle iacentem,  
Me exagitant probris scommatibusq; mali.  
Non tamen à Domini veracis lege recedam,  
Me licet extinctum turba maligna velit.  
Ut tua perpetuo possim promissa tenere,  
Gratia viuificet me tua, care pater.

Octonarius duodecimus.

L A M E D.

In æternum, Domine, verbum &c.

**N**Æ tua verba, Deus, constant mansura per æ-  
Quatenus extendit se plaga lata poli. (uum,  
Ut moles mundi verbo stabilita potenti:  
Sic tua perdurant vera statuta, Deus.  
Omnia sic fiunt, sicut, Deus, ordine mandas,  
Seruit enim mundi machina tota tibi.  
Ni tua lex miserum me consolata fuisset,  
Tot mea vita malis victa iaceret humi.  
Diuini capient me nulla obliuia pacti,  
Illud enim miserum subleuat atq; beat.  
Sum tuus, ergò tuum digneris, queso, iuuare,  
Qui tua sacra, Deus, fœdera fidus amat.

Hoc

*Hoc agit, ut possit reprobus me perdere, tantum  
Pareo quòd monitis sedulus ipse tuis.*

*Res video cunctas minui atq; perire creatas:  
At semper bonitas & tua pacta manent.*

Octonarius decimus tertius.

M E M,

Quomodo dilexi legem tuam, &c.

**O** Deus, immotam legem quam diligo, voluens  
Hanc meditansq; animo nocte dieq; tuam.

Per tua verba, meo si prudentior hoste,

Qua veluti diues sunt mihi gaza, Deus.

Et doctore meo longè sum doctior ipse,

Perpetuus sermo sunt tua iussa mihi.

Astutis etiam senibus cum cautior inde,

Quòd tua conseruo fœdera pacta mihi.

Pes meus ut vitet vestigia lubrica, nusquam

Se mouet à placitis eloquiisq; tuis.

Ipse tuà nunquam de sacrà lege recedam,

Imperium didicit mens mea ferre tuum.

Tàm mihi grata sonant tua verba et suauia dicta,

Vt sapida haud possint mella placere magis.

Hoc

*Hoc quoniam edoctus Domini sum legibus, odi  
Peruersos, mihi dum semita recta placet.*

*Octonarius XIII.*

*N V N.*

*Lucerna pedibus meis verbum &c.*

*P*Es meus & regitur verborum lege tuorum,  
Et mihi præscripta hoc clara lucerna via est.  
Mystica iusticia cœlestis dicta tenebo,  
Me seruaturum iuro statuta Dei.  
Heu nimis oppressus iaceo et contemnor ab hoste,  
Me Domini afflictum subleuet alma manus.  
Hostia prompta meis labiis sit suavis odore,  
O Deus, ò doceas me tua iussa sequi.  
In manibus mea vita meis gestatur, & hinc est  
Imperii nunquam non memor illa tui.  
Non à lege Dei, stolide persuasus, aberro,  
Cum tendit laqueos impia turba mihi.  
Fœdera quæ sancis, mihi sunt bona portio vite,  
Latatur mea mens fœdere tota tuo.  
Huc oculos, aciem mentis, cor tendo manusq;  
Semitaq; exosa est omnis iniqua mihi.

Octonarius XV.

SAMECH.

Iniquos odio habui, &c.

**Q** Vanto odio instabiles, tanto tua iura favore  
Prosequor, & rectos diligo, sperno malos.  
Tu, Deus, es clypeus mihi firmus, spero salubri  
In Domini verbo, qui mihi tutor erit.  
Impia nunc tandem procul à me turba recede:  
Nam statui in vera viuere lege Dei.  
Me, Domine, haud frustra à lactas spe vana et ina-  
Voce tua firmas me, Deus alme, tua. (ni:  
Tum Domini in verbo sita erit mihi cuncta volup-  
Quum misero dederit robor a firma Deg. (tas,  
Conculcas hostes pedibus, pater optime, quorum  
Sensus & os fallax, actio plena doli est.  
Proiicis, ut scoriam fert quos modo terra malig-  
Legem ideo amplector letus amoq, tuã. (nos,  
Te prope conspecto, timidus me corripit horror,  
Cum tua perpendo iussa tremenda, tremo.

Octonarius XVI.

A I N.

Feci iudicium & iusticiam, &c.

Recta

**R**ecta obseruantē reprobis ne trade premendū,  
Nam quæ tu mandas, hæc ego seruo libens.  
Consule nunc seruo, Domine, et succurre ministro,  
Ne premat elati me violenta manus.  
Presidium Domini assiduè me a lumina querunt:  
Et sitit auxilium mens mea mœsta tuum.  
Dirige me famulum, solita bonitate, statutis  
Ut credam pura simplicitate tuis.  
Ut tua contempler promissa fidelia, mentem  
Da mihi constantem, seruo namq; tibi.  
En venit hora malos mulctandi, tempus & instat:  
Nam tua rescindunt iussa tremenda mali.  
Hinc ego diuinæ supra aurum diligo leges,  
Et quòd Arabs felix, diues & Indus habet.  
Idcirco mandata lubens tua mente reuoluo:  
Omne odi fallax impietatis iter.

Octonarius XVII.

P E.

Mirabilia testimonia tua, &c.

**S**unt tua pæcta, Deo, nimis admiranda, lehoua,  
Idcirco hæc eadem mens mea fida tenet.  
Erudit ignaros Iuris tua regula recti:

li 2

Huic



Huic tua lex anima gaudia magna parit.  
Cor tenet hoc, legis discenda tanta cupido est,  
Quanta sitis tenet os, potus ubi omnis abest.  
Noxam condona, maculam mihi tolle pudoris,  
Sicut ius, seruant qui tua iura, soles.  
Nulla mihi impietas, nullumq; scelus dominetur,  
Ne vager à recta, deuius erro, via.  
Fac, mihi ne noceant fraudes hominumq; furores,  
Et tua seruabo iussa tremenda piè.  
Adspice me placito vultu, facieq; benigna:  
Imbue me dictis dogmatibusq; tuis.  
Excudit ex oculis lacrymas mihi turba maligna,  
Qua tua contemnit sancta statuta, Deus.

Octonarius XVIII.

S A D E.

Iustus es Domine, & rectum &c.  
**T**ua iusticia moderaris regna, Jehoua,  
Iustum etenim est pactum iudiciūq; tuum.  
Iusticiam custodiri & tua pacta tremenda  
Precipis: est verax sermo manetq; tuus.  
Totus ego exarsi zelo, commotus & ira,  
Impia, quod spernit sic tua iussa, cohors.

Clarus

Clarus sermo tuus, puroq; illustrior auro:  
Hinc tuus hunc seruus tam vehementer amat.  
Paruulus & nihili sum, spretus ab omnibus: atqui  
Territus hinc tua non desino iura sequi.  
Stabit in eternum tua lex, immota manebit  
Doctrina eterni, firmaq; iura, Dei.  
Me crux, dura licet, premat, erumnaq; fatigent:  
Non tamen eloquiis cesso fauere tuis.  
Iusticia eterno, & bonitas tua, tempore perstat,  
Ut vinam verbo, fac sapiamq; tuo.

Octonarius XIX.

K V P H.

Clamaui in toto corde meo, &c.

**V**IS animi cordisq; mei te querit & ardet,  
Exaudi miserum, quò tua iussa colam.  
Mēs me a te Dominū vocat, et tua numina poscit,  
Me miserum serues, ut tua pacta colam.  
Matutina me a praeuerto crepuscula voce:  
In vero eloquio spes mihi certa tuo est.  
Non me praeueniet vigilum custodia prima,  
Quin tua verba pius prosequar ore meo.  
Pro solita bonitate tua me respice, confer

*Inualido vite munera larga mihi.  
Turba cauillatrix in me conuicta vibrat,  
Non tamen à recto tramite flecto pedem.  
Viue Deus, veris tu differis omnia verbis:  
Tu mihi vicinus, proximus esq; mihi.  
Fundamenta tui sermonis sunt ita iacta,  
Ne queat hunc rapidus turbo mouere loco.*

Octonarius XX.

R E S.

Vide humilitatem meam, &c.

**X**risto ceu, arumnis variis exerceor ipse,  
Me memorem verbi respice, queso, tui.  
Vindice te victrix tandem bona causa triumphet,  
Tu mihi promissam, mi Deus, adfer opem.  
Nulla salus furiis contingat, Et omnibus istis,  
Qui tua pro libito spernere iussa solent.  
Nullius est Domini bonitas effabilis ore:  
Hæc lapsum recreet me bonitate sua.  
Sunt inimicorum iam millia multa meorum,  
Leges destituo non tamen inde tuas.  
Adspiciens turbam, quæ sancta statuta Iehouæ  
Despicit, afficior sæpè dolore graui.

Ecce

*Ecce tuas leges scutor, me tu erige lapsum,  
En tua pacta sequor, me recreare velis.  
Nil nisi vera sonant tua mystica verba, Iehoua,  
Perpetuo Domini tempore sermo manet.*

Octonarius XXI.

SCHIN.

Principes persecuti sunt me, &c.

**Y**<sup>Δ 901</sup> ceu, saui proceres vt me sine causa  
Affligant, metuit cor tua iussa tamen.  
Non aliter Domini oblector sermone satubri,  
Quam si contingat praeda petita mihi.  
Detestor fraudes, fugio mendacia vana,  
Est mihi perpetuo lex tua dulcis amor.  
Nam tibi quotidie sacra septenaria canto:  
Usq; adeo tua sunt suauia iussa mihi.  
Qui mandata colunt tua, dulci pace fruuntur,  
Florebuntq; diu, qui tua iussa tenent.  
Promissam Domini verbis expecto salutem,  
Vt semper famulus sim mane amq; Dei.  
Mens mea mandatis Domini contenta quiescit,  
Hec amat, haec seruat, suspicit atq; colit.

Ialisto

*Insisto legi diuina, fixus & insto,  
Et mea nota tibi semita, sancte pater.*

Octonarius XXII.

T H A V.

Appropinquet deprecatio mea, &c.

**Z**elote ò Deus, hanc querulam, rogo, suscipe vo  
Zelote Deus ò, me tua verba doce. (cem,  
Nunc, precor, exaudi iustã, Deus alme, querelam:  
Eripe in aduersis, meq; iuuato malis.  
Te mea labra sonent, pater optime, iura docentem  
Nos tua, te celebret vox mea, summe Deus.  
Lingua nil aliud nunc, quàm tua profero verba,  
Verba etenim tua sunt, ceu trutina equa mihi.  
Dextra mihi Domini succurrat prompta misello,  
Auxiliumq; ferat, saluus ut esse queam.  
Te, Deus, expecto, dulcem sitioq; salutem,  
Te, Deus, expecto, nam tua iura colo.  
Viuifica mentem, tibi carmina grata canentem,  
Lex tua me, veneror nam tua iura, iuuet.  
Perdita sicut ovis, vagor erro in montibus: ergò  
Quere tuum famulum, qui tua iussa colit.

PSAL.

PSALMVS CXX.

Ad Dominum cùm tribularer, &c.

**E**Xpeto dextram  
Voce Iehoua  
Omnipotentis:  
Cùm mihi prauis  
Artibus hostis  
Insidiatur.  
Audit & ille  
Me lacrymantem,  
Aure benigna.  
Summe Iehoua,  
Eripe me de  
Fauce bilingui.  
Prospice quaso,  
Ne mihi damnum  
Adferat ullum  
Lingua dolosa.  
Callida ne me  
Vox malè ludat.  
Qua, rogo, lingua  
Insidiosa

Kk

Pramia

Premia portat?  
Cur ita nunc est  
Vox mala, sanctis  
Promta nocere?  
Omnibus autem  
Futile labrum,  
Est fugiendum.  
Sicut acuta  
Cuspide ledens  
Seua sagitta.  
Omnia fallax  
Os bona perdit.  
Ceu furit ignis,  
Missus in altas  
Iuniperorum  
Perdere frondes.  
Hoc dolet unum,  
Quod pius inter  
Cogor iniquos  
Vivere Meschos,  
Exul in aede  
Sim Kedarorum.  
Tempore longo

Me tet

Me tenuere  
 Tadia eorum,  
 Qui bona spernunt,  
 Quæis piapax est  
 Res odiosa.  
 Nunc etiamsi  
 Pacis amica  
 Sim studiosus:  
 Attamen hostis  
 Bella minatus  
 Otia turbat.

Circumquaq; oculis vigilantibus omnia specto  
 Auxilij misero spes erit vnde mihi.  
 A Domino spes auxilij mihi certa futura e  
 Qui terram artificij fecit et astra manu  
 Non vsquam tibi pes isto custode labasit  
 Tempora quæ placidi nulla saporis agit  
 Nunquam secure petet oia blanda quietis  
 pastor in israel per vigil ille suo  
 Te deus obseruet presens tibi semp, et vt umbra  
 Te velut in dæmon protegat ipse sua  
 Feruida ne noccat tibi sideris aura diurni  
 nec te nocturni frigoris vrat hieims  
 Curet te dominus, te eximinet seruet ab omni  
 Custos vitæ sit deus ipse tuæ

PSALMVS CXXI. Ipse abitum, reditumq; tuum custodias  
 ex hoc

Leuau i oculos meos, &c. Tempore in eternos, seculu futuru dies.

**A**spiciens oculis tua celsa palatia quæro, Ich habo mein augen auß  
 Num spes assuetæ nulla supersit opis. In den bergem von walden  
 Auxilium solus mihi fertq; feretq; Jehoua, Mein gütliq; hommen von  
 Qui statuit terram, condidit atq; polum. bergen, der himmel vnd  
 Ne tuus ad lapsum titubet pes, ille cauebit, Er wird nicht laß mich glitte  
 Ille tuus custos per uigil esse solet. lassen vnd der die hütten schiff  
 Pastor in Israel non somno deditus unquam, Sicut der berg spruce  
 Ipse suo excubias pro grege semper agit. schiff noch schlamm  
 Te seruat Dominus, Dominus te protegit umbrâ,

Kk 2

4  
 Alas que hoc hute die  
 Der herre ist dein schutz  
 vber die meere vber den berg





Inq̄, tuis bona pax sit mœnibus, incola magnus,

Sit tua successu, curia plena, bono.

Ac ut contingat sors fratribus ista propinquis,

Ipse tuæ paci consuluisse volo.

Vtq̄, domus Domini semper sic prospera crescat,

Non parcens studio, sedulus istud agam.

### PSALMVS CXXIII.

Ad te leuavi oculos meos, &c.

**A**D te, summe parens, oculos miser eleuo mœ-

Incola qui cœli regia sceptrâ tenes. (stos,

Sicut heri iussu seruus stat ad omne paratus,

Et famula ad dictum præcipientis heræ:

Sic etiam adspiciunt Dominum me a lumina, donec

Præsidium ipse mihi mittat opemq̄ suam.

Ah miserere, pater, nostri: succurre relictis,

Ludibriis vexat quos animosa cohors.

Diuitis opprobrio qui subsannante grauamur,

Quos tumido fastu scis sine fine premi.

### PSALMVS CXXIIII.

Nisi quia Dominus erat, &c.

**N**I Deus auxilium nostrumq; fuisset asylum,  
 Sic una Isacidum concio voce sonet.  
 Ni Dominus dextrâ miseros defenderet almâ,  
 Iam male tractaret nos scelerata cohors.  
 Imò etiam viuos ravidâ nos fauce voraret,  
 Mota odii stimulis, mota furore truci.  
 Iam rapidus torrens nos omnes mergeret, atq;  
 Fluctibus & sauis obrueremur aquis.  
 At Dominò sit honos, sit gloria, lausq; perennis,  
 Qui nos Cerbereis dentibus eripuit.  
 Aucupis vt laqueo rupto mox auolat ales:  
 Erepti insidiis sic laqueisq; sumus.  
 Ecce salus posita est in dextra nostra Jehouæ,  
 Qui cæli & terra condidit vnus opus.

PSALMVS CXXV.

Qui confidunt in Domino, &c.

**I**Nstar hic immoti est montis Sionis habendus,  
 In Domino quisquis spemq; fidemq; locat.  
 Mœnia ceu Solyma cinguntur montibus altis:  
 Ioua suum cingit sic populum atq; tegit.  
 Eripiet tandem iustorum colla, tyrannis  
 Subdita nec sauis amplius esse sinet.

Impia

*Impia ne nimium latè truculentia grassans  
Compellat mentes ad malefacta pijs.  
Sicut es in populum solitus conferre salutem:  
Nunc ita corde bonos perge beare, Deus.  
Sed qui neglecta temerè pietate sequuntur  
Crimina, eos reprobis annumerare soles.  
Isacidum soboles potiatur pace serena,  
Libertate sua gaudeat absq; metu.*

PSALMVS CXXVI.

In conuertendo Dominus &c.

*CVm Dominus populū captiuū è carcere ducet,  
Gaudia erunt huic, ceu somnia grata vidētis.  
Sancti laudabunt Dominum, pleno ore, iuuantem,  
Fortia gesta Dei narrabit lingua piorum.  
Tunc inter gentes dicent & ubiq; locorum:  
Quanta potens miracula Deus populo exhibet isti?  
Magnifici bonitas sicut conspecta Jehouæ,  
Est meritò à nobis eterna laude canenda.  
Nunc age, summe pater, captorum vincula solue:  
Vincla quibus Babylon constrinxit colla piorum.  
Libera ab exiliis, torrentes siccet ut Auster.  
Qui lacrymas serit, et qui flens sua semina spargit,  
Gaudia*

*Gaudia pro lacrymis, solatia proq̄ querelis  
Percipiens, lata & felici messe fruatur.  
Egressi tristes mandarunt semina terra,  
Gaudentes referunt nexos ad terga maniplos.*

PSALMVS CXXVII.

Nisi Dominus ædificauerit &c.

*V*ls, labor atq; manus mortales condere possunt,  
Quod durare queat nil, nisi dante Deo.  
Ni vigil ipse Deus structam custodiat urbem:  
Nil vigilans custos excubitorq; valent.  
Manè nihil prodest abrupto surgere somno,  
Nil vigilem tota nocte sedere iuuat.  
Queritis en victum, vano stultoq; labore,  
Cum det dilectis omnia sponte Deus.  
Filioli patribus nati sunt dona Jehoue,  
Exhilarant matrem pignora cara suam.  
Dextra velut fortis non irrita spicula mittit,  
Ætas virtutem sic iuuenilis habet.  
Felix, cui restat telorum plena pharetra  
Istorum: causa victoris esse potest.

PSAL

PSALMVS CXXVIII.

Beati omnes, qui timent Dom. &c.

**E**Cquis erit felix? Dominum quicumq; timebit,  
Eius & in recto tramite tendet iter.  
Qui facis hoc, fructu proprii vescere laboris,  
Propitioq; tibi numine prosper eris.  
Vxor erit fecunda tibi, coniuncta marito,  
Vitis vt amplexu stat decorata domus.  
Et latus & patriam cingent tua pignora mensam,  
Non secus ac ramos pandit oliua ferax.  
Hos fructus pietatis amans, hæc commoda cernit,  
En hæc in terris dona beatus habet.  
Ergo tibi Dominus benedicat ab arce Sionis,  
Vt videas Solymam: quot sit adaucta bonis.  
Nascatur series viuo tibi longa nepotum:  
Floreat Isacidum gens pia pace bona.

PSALMVS CXXIX.

Sæpè expugnauerunt me, &c.

**S**IC sancti dicant: me expugnauere maligni:  
Iam fuit à puero turba molesta mihi.  
Sæpius à puero nocuit mihi turba malorum,

Victa tamen semper, iussa subesse piis.  
Huic velut agricola sulcantes vomere dorsum,  
Infixere animo vulnera longa meo.  
Ast Dominus iustus patrati criminis ultor,  
His iuga dirupit, vinclaq; cum laqueis.  
Hos maneant Domini pœna, pudor opprimat om-  
Inuida quos rabies tanta Sionis habet. (nes,  
Herba velut pereant, qua in summo culmine cres-  
Matura messis marcuit ante diem. (cens  
Herba velut pereant, de qua non vere manipulos  
Cultor agri, sed nec pingua grana legit.  
Queis nec prateriens solito de more precetur,  
Nec dicat, vobis sit bonus Omnipotens.

PSALMVS CXXX.

*phalencia*

De profundis clamaui ad te, & c.

**T**Ristes, ah pater, & graues querelas,  
Fusis heu lacrymis, meum cor edit,  
Has prona precor aure mitis hauri,  
Clamantis famuli ex voragine alta.  
Si sub iudicium vocas reatus,  
Quis iustam reus expiabit iram?  
Huic quis par erit, hancq; sustinebit?

Culpam

*Culpam propitius sed ut remittas,  
Te fontes, Deus, en timemus omnes.  
Expecto Dominum meum Iehouam,  
Expectat mea mens suum Iehouam.  
Verbo polliciti fides manebit.  
Cor de nocte Deum sitit morantem.  
Ad clarum usq, diem ut cupit morantē  
Aurora excubitor videre lucem:  
Fidas, Isacidum genus, Iehoua,  
Semper qui tuus est pius redemptor,  
A noxis redimet suos fideles,  
Cunctis criminibusq, liberabit.*

PSALMVS CXXXI.

Domine, non est exaltatum cor &c.

**C***Ur, Domine, ante tuos vultu ego corda superba,  
Cur gererem elatum et grande supercilium?  
Rebus ego an magnis me unquam ingerere in scio  
Qua superant vires iudiciūq, meum? (ausim,  
Ad te quin potius nisi mens reuocetur, inanis  
Immemor ut lactis fit puer, illa tui.  
Ergo Deus, pendens ceu matris ab ubere, in vno  
Te spem perpetuam collocet Isacides.*

L 2

PSAL



PSALMVS CXXXII.

Memento, Domine, Dauid, &c.

**Q**ui, Deus, exaudis, qui conspicias omnia prae-  
sens,

Esto memor Dauidis, quam tulit, atq; crucis:  
Sese etenim obstrinxit iurando iure potenti,

Quem colis immota religione, Iacob.

Non prius ingrediar regalis limina tecti,

Nulla mei lecti corpore strata premam.

Non prius in dulcem claudentur lumina somnū,

Et dormituriet palpebra neutra prius:

Quam Domini inueniam templo loca commoda,

Area quam fuerit digna reperta Deo. (forti

Talem Ephratus ager sedem audit amare Ieho-

Nec malè syluosis conuenit illa locis. (uam,

Nunc, Deus, ergò tui ingrediemur limina templi:

Ad sacra adorantes pulpita proci dui.

Surge, Deus, properè, requiemq; capeffe petitam,

Vnà etiam tecum fœderis arca tui.

Iusticia ornati sint omnes veste decenter

Presbyteri, & fundat iubila sancta chorus.

Ne sine, ut amittat Christus tibi sceptrâ fidelis,

Sint

Sint rata Dauidi fœdera pacta tuo.  
Iurauit Dominus Dauidi fœdera firma,  
Fœdera promissi quæ iubet esse rata:  
Ipse Deus faciam, regali ut sede locentur,  
Qui de stirpe tua regia sceptrâ gerant.  
Si tua posteritas meâ pacta immota tueri,  
Quæq; dedi legum nomine iura, volet.  
Efficiam, ut teneant huius tua sceptrâ nepotes,  
Donec in hoc mundo lumina solis erunt.  
Et quoniam elegit Dominus montana Sionis,  
Gaudet ibi sedem figere perpetuam.  
Hic optata quies, ait, hic habitare voluptas,  
Mi locus è cunctis millibus iste placet.  
Annona, faciam, fœcunda sit indiga turba,  
Sufficiam victum, munere panis alam.  
Presbyteri illorum sacrata veste tegantur,  
Atq; sacer cœtus iubila festa sonet.  
Germinet hic regnũ, & surgant tua cornua, Da-  
Sit succensa unctio clara lucerna meo. (uid,  
Ast ignominia vestire volo illius hostes,  
Florebit Christi dum diadema mei.

PSALMVS CXXXIII.

Ecce quàm bonum & quàm &c.

**Q**uàm bona, quàm suavis res est cōcordia fra  
Qua nihil in vita dulcius esse potest: (trū,  
Est ea balsameus, stillans de vertice, succus:  
Aronis barbam qui rigat atq; togam.  
Hac benè confertur gelido cum rore Sionis,  
Qualem deiiciunt Hermonis alta iuga.  
Sic equidem Dominus fortunat pace ligatos,  
Atq; videre diu postera secla facit.

PSALMVS CXXXIIII.

Ecce nunc benedicite Domino, &c.

**E**cce Deū, famuli vos, tollite laudibus, omnes,  
Qui sacrosancta statis in aede Dei.  
In Domini templis extendite brachia vestra,  
In Domini laudem tangite fila Lyra.  
Sittibi munificus fautor de monte Sione,  
Qui cælum, terram, condidit, atq; mare.

PSALMVS CXXXV.

Laudate nomen Domini, &c.

Laudis

**L** Audibus eximiis diuinum extollite nomen,  
Idq; Dei seruos concelebrare iuuat.  
Vos, quibus iniunctum est sacra instatione mora-  
Et stare in Domini nocte dieq; domo. (ri,  
Perpetuo quoniam bonus est, laudate Iehouam,  
Laudibus ornare est nomina dulce Dei.  
Elegit sibi namq; Deus cum prole Iacobum,  
Isaciam gentem proq; peculio habet.  
Quis neget, hunc Dominu ferri super omnia mag-  
Hunc prater nullu uiuere in orbe Deu? (nu?  
Omnia quæ uoluit, cum conderet, omnia fecit,  
Quæ mare, quæ cælum, terra, et abyssus habet.  
Qui solet è terris subducere in aëra nubes,  
Fulgura cum pluuiis mittere quiq; solet.  
Excitat Æoliis rapidum qui flumen ab antris,  
Colligere ut nubes hasq; fugare queat.  
Qui Pharia primogenita in regione neciuit,  
Interimens homines, & pecorum omne genus.  
In regno qui, Ægypte, tuo miracula tanta  
Edidit, ut tremarent Rex populusq; metu.  
Qui multos populos truculento Marte cecidit,  
Dans magnos reges, magnanimosq; neci.  
In primis Oggum validum, vastumq; Seona,

Hic

Hic Amoraus erat, Rex fuit ille Basan.  
Qui, quotquot gentes Chananita regna habuerunt,  
Tot dedit Isacidis iure tenenda suis.  
Hinc tua per cunctas celebrantur nomina terras,  
Hinc tua perpetuò est laus memoranda; Deo.  
Iusticia ipse suum populum iudex reget aequus,  
Iona suos seruos propitiuq; reget.  
Ex auro gentes fingunt idola prophana,  
Atq; manu argentum fingitur artifice.  
Blandula labra rubent, sine voce vllaq; loquela:  
Sunt oculi cæsi lumine, visu, acie.  
Sunt aures patula, sed non audire valentes:  
Viuificus nunquam spiritus ora mouet.  
Talia qui faciunt, inq; his solatia ponunt,  
Sunt horum similes, corde animoq; leues.  
Tu domus Israel, Dominum laudato potentem,  
Hunc & Aaronis concelebrato domus.  
Vos, quibus incumbit sacrorum cura, Levite,  
Laudibus innumeris tollite in alta Deum.  
Et qui sincero clementem corde timetis,  
Laudibus assiduis munera ferte Deo.  
Qui Solyma sedem sibi legit in vrbe, Iehoua,  
Perpetuam laudem ex arce Sionis habet.

PSAL

PSALMVS CXXXVI.

Confitemini Domino, quoniam &c.

**G**Rata Deo laudum praeconia ferte benigno,  
Nam bonitas eius nescit habere modum.  
Dicantur grates Regi<sup>q</sup> Deo<sup>q</sup> Deorum,  
Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Grata canat Dominū Dominorū lingua potentē,  
Et cuius bonitas nescit habere modum.  
Hunc celebrate, facit qui tot miracula solus,  
Et cuius bonitas nescit habere modum.  
Arte sua aetheream caeli qui condidit arcem,  
Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Tellurem Oceani cingens qui extendit in undis:  
Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Qui virtute sua duo lumina magna creauit,  
Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Qui solem voluit luci praeesse diurna, <sup>virtutum</sup>  
Nam Ioua bonitas nescit habere modum.  
Praefecit tenebris qui Lunam & sidera noctis,  
Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Primigenas Nili qui vasta strage peremit,  
M m Nam

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Israelitas qui tutos duxit inermes,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Isacidas etiam valido qui robore iuuat,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Qui rubri mirè diuisit gurgitis amnes,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Qui populum ipse suum traduxit per mare tutū,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Qui turmas tumidi Pharaonis mersit in undas,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Per deserta suos in eremo qui loca pauit,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Prostrauit validos multa qui cæde Monarchas,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Qui propria magnos vicit virtute Tyrannos,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Cuius Amorraeum concidit dextra Sihonem,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Dextra Gigantem cuius quoque sustulit Og gum,

Nam bonitas Domini nescit habere modum.  
Regna suo populo qui aliis erepta reliquit,

Nam

*Nam bonitas Domini nescit habere modum.*  
*Iussit & Isacida colere hæc in secula nepotes,*  
*Nam bonitas Domini nescit habere modum.*  
*Qui miseris nobis toties fuit auxiliator,*  
*Nam bonitas Domini nescit habere modum.*  
*Oppressos toties qui nos defendit ab hoste,*  
*Nam bonitas Domini nescit habere modum.*  
*Qui largis dapibus saturat viuentia cuncta,*  
*Nam bonitas Domini nescit habere modum.*  
*Laudibus eximiiis summum celebrate Iehouam,*  
*Gratia nam Domini nescit habere modum.*

PSALMVS CXXXVII.

Super flumina Babylonis, &c.

*C*um defleremus capti Babylonis ad amnes,  
*Sortem Sionis flebilem.*  
*Arboribus citharæ suspensæ, ac nabra tacebant,*  
*Tunc muta prorpsus Musica.*  
*Sed qui nos tristi oppressos tum carcere mæstos*  
*Tenebat hostis improbus:*

Mm 2

Car-



*Carminais à nobis fuit ausus poscere festa,  
Et de Sione canticum.  
At Domini latos peregrinus psallere terris  
Hymnos pie num possumus?  
Imò si Solyma me obliuio ceperit urbis,  
Non utar hac dextra mea.  
Hareat antè meo mihi lingua affixa palato,  
Et conticescat vox mea.  
Quàm Solyma incipiã quamq; immemor esse Sio-  
Nec his precer fausta omnia. (nis,  
Esto memor, Deus ò, vocis seuissima Edumes,  
Periura quae se prodidit:  
Clamans: subruite hanc Solymen radicitus, urbs  
Debet perire funditus. (hac  
Illa dies veniet: Babylon quã tu quoq; poenas  
Vastata vindici dabis.  
Felicem ultorem, pueros qui matribus ipsis  
Raptos petris illiserit.*

PSALMVS CXXXVIII.  
Confitebor tibi Domine, in toto &c.

Te

**T**E Deum leto venerabor ore,  
Angelis coram, tua Diis & ipsis  
Mente sincera memorabo cuncta  
Fortia gesta.

In sacro templo tibi, sancte Ioua,  
Gratias dicens precibus colam te,  
Nam tuum nomen super extulisti  
Omnia summa.

Audias me, cum precor, o Iehoua,  
Qui meæ vitæ es columen decusq;  
Te colent Reges tua cum probârint  
Verba salutis.

In viis iustis Dominum celebrent,  
Ac pias laudes recitent Iehoua,  
Qui throno ex alto videt atq; nescit  
Corda superba.

Cum premor mæstis cruciorq; curis,  
Versor in summis ego cum periclis,  
Me tuum seruans recreansq; numen,  
Dissipat hostes.

Omniū finem facias malorum,  
O Deus, serui miseri misertus:

M m 3

Fac

*Fac opus firmum manuum tuarum,  
Stet vigeatq̄.*

PSALMVS CXXXIX.

Domine, probasti me & cognouisti &c.

**C**ui, Deus, explorata hominū sunt intima cor-  
Tu mea scrutatus, singula sensa tenes. (da,  
Siue domi sede am, seu surgam nocte dieq̄,  
Nota tibi mea sunt omnia, scis quid agam.  
Nunc accumbentem spectas, nunc cernis euntem,  
Et mea presentem te via nulla latet.  
Nec mea lingua potest vllas emittere voces,  
Non tibi prauis as, cardiognosta Deus.  
Quicquid ago, aut egi, si quid superest mihi agen-  
Cognitū habes, tua me sustinet atq̄ manq̄. (dū,  
Hac tua, quam meditor, miranda sciētia, captum  
Effugit, & superat cognitione meum.  
Quonam progrediar, tuus omnipotens ubi non sit  
Spiritus? à facie quò fugiamq̄, tua?  
Si ferar in cælum pennis, mihi protinus adstas:  
Ad styga si mittar, non abes inde procul.

Si

*Si mihi remigio aurora volitare daretur,  
Si peterem extremi littora vastamaris.  
Me diuina tamen bonitas deduceret illuc,  
Me tua dextra illic sisteret incolumem.  
Si dicam: precor, ut tenebris sim totus opertus,  
Te presente potest nox reparare diem.  
Nam tenebra nihil occultant, aderit tua dum lux,  
Te nox atra penes lucet ut ipsa dies.  
Tu facis, ut tenebra, ceu sol, sua lumina prabent,  
Vsque adeo illustras omnia, luce tua.  
Formasti renesq; meos, Et cætera membra,  
Dum noua, sub matris pectore, massa fui.  
Te celebrabo Deum, qui me mira arte creasti,  
Cuius opus manuum nobile me esse scio.  
Ossa tibi mea nota fuerunt matris in aluo,  
Dum rude formaret pondus, agente Deo.  
Me foetum informem vidisti in ventre latentem,  
Tanta tibiq; fuit prouida cura mei.  
Tempus ut in libro perscripseris omne futura  
Vitæ, quam per ago, te mihi dante, tuo.  
Ardua quam tua sunt hæc consilia intima rerum,  
Summe pater, cui sunt cognita? quis referet?  
Quorum*

Quorum si numerum et summā tibi dicere coner,  
Quo numero referam, constet arena maris.  
Mane nouo euigilans, ac lumina clausa resoluēs,  
Tecum habito, tecum uiuere constituo.  
O utinam reprobi, te percutiente, perirent,  
Et fugeret procul hinc sanguinolenta manus.  
Qua blasphema sonans audacter uerba profundit,  
Et temere usurpat nomen ubiq; tuum.  
Qui tibi ut inuisos scio, sic odio aestimo dignos,  
Excrucior, quoties hi tibi bella mouent.  
Odi igitur tales, Zelo mea corda mouente,  
Facti sunt hostes quòd mihi, quòdq; tibi.  
Tu Deus explora, scrutare probaq; latentis  
Pectoris atq; animi sensa profunda mei.  
Excute & obserua, num sit mala semita uita,  
Ducito ad eternam me sine labe uiam.

PSALMVS CXL.

Eripe me Domine, ab homine &c.

**M**E, Ioua, eripias hostibus impiis,  
Custodi aq; uiris me temerariis,

*Qui*

Qui prauum tumido pectore cogitant,  
Mouentq<sup>2</sup> bella pessima.

Virus, lingua mali, lethiferum vomit,  
Anguis quale solet, nexibus implicans,  
Afflatuq<sup>2</sup> nocens vipera spargere,  
Tale ore fundit impius.

A dextra reprobi me, rogo, libera,  
Crudelisq<sup>2</sup> viri viribus eripe,  
Ac à gente mala me, peto, protege,  
Qua me studet subuertere.

Qua tendit laqueos iamq<sup>2</sup> superbior,  
Me occultis properat fallere retibus,  
Qua me praua suis insidiis petit,  
Ut arte vincat subdola.

Tu verò es Dominus, tu Deus es meus,  
Fidumq<sup>2</sup> auxilium & presidium mihi,  
Defendens caput hoc tempore pralii,  
Serui querelas accipe.

Optata eueniant, ne sine, ut impio,  
Elatus nimium ne ille superbiat,  
Fraudem, quam struit is, pectore subdolo,  
Conuerte in ipsius caput.

Nn

Telis

Telis flammivomis hunc Deus obruet,  
Deuoluet reprobos ignis ad infima,  
Nec surgant, mala mēs, linguaq; garrula,  
Et os peribit subdolum.

Causam quòd miseri & pauperis appro-  
Æternus Deus in iudicio suo, (bet  
Cantabunt homines perpetuò pii,  
Qui permanebunt ante eum.

PSALMVS CXLII.

Domine, clamaui ad te, &c.

**A**d te voce, Deus, clamo, succurre querenti,  
Ocyus admittas verba rogantis opem.  
Tàm recreere meis precibus, quàm thuris odore,  
Quādo leuo, valeant, tanquā holocausta, manq.  
Os mihi conserva, ne falsa vel impia dicam,  
Et rege, ne cupiat pectus iniqua meum.  
Tu prohibe, studeam ne me coniungere prauis,  
Ne placeat labiis esca nefanda meis.  
Grata mihi iusti censura est libera, si me  
Arguerit, plagas equo animo ipse feram.  
Tàm

Tam mihi dulce id erit, caput ac si balsamo inun-  
Meq; tegent contra noxia tela preces. (gar,  
Tu Cathedra falsos doctores deice ab alta,  
Doctrina vera possit ut esse locus.  
Proh dolor, ossa iacent dispersa ad limen Auerni,  
Nostra velut fracta sparsa ruina domus.  
Te mea mēs, mea vox, Deo, et mea lumina querūt:  
Ne, Domine, hanc animā queso perire sinas.  
Ne laqueis positus capiar, tu prospice Ioua,  
Inq; mali insidias tendiculasq; cadam.  
Implicet in proprio se casse dolosa caterna:  
Ast ego perumpam retia tensa mihi.

PSALMVS CXLII.

Voce mea ad Dominum clamaui, &c.

**A**D Dominū clamo querulis singultibq; ipsum  
Imploro, crebra pectore redde preces.  
Huic animi, quacunq; scio, mysteria fundo,  
Fundo Deo, quicquid tristia corda coquit.  
Cum premor insidiis, dextrā mihi porrigis ultrò,  
Dispositis prohibes me laqueisq; capi.

Nn 2 Nul-



Nulla mei quamuis lateris defensio nulla,  
Effugii sit spes auxiliūq; super.  
Te peto supplicibus, pater ò mitissime, votis,  
Sis mihi solamen, spes rata, certa salus.  
Fac Deus, afflictī lacrymas quid posse valere:  
Hostilesq; velis tu cohibere manus.  
E latebris redimas me tāquam carcere clausum,  
Ut liceat laudis carmina ferre tibi.  
Tunc tua cum iustis celebrans præconia gratus,  
Quòd mihi præstiteris tot benefacta, canam.

PSALMVS CXLIII.

Domine, exaudi orationem &c.

**O**bscuro, sancte Deus, lacrymas ne reiice mæ-  
Pro bonitate tua, iusticia atq; fide. (sti:  
Ante tuum ne me patiare venire tribunal,  
Iudice te, iustus non erit ullus homo.  
Huic inimicus atrox anima insidiatur, humiliq;  
Prostratā, in tenebras mergere morte studet.  
Dum memor antiqui sum temporis, & tua facta,  
Res meditor gestas, Ioua, referre tuas. (E  
Dum

*Dum tibi mœsta meo ingeminans ego pectore ver-  
Anxius effundo, te assidueq; voco. (ba  
Extentis manibus te flagito, teq; requiro,  
Et mea mens te ceu terra perusta sitit.  
Me, Deus, exaudi ex animem, me respice, quaeso,  
Ne fiam similis, quos rapit atra specus.  
Gratia nota tua & tua semita sit mihi trita,  
Tu tibi fidentem, Ioua, iuuare velis.  
Eripe ab insidiis me & viribus hostis acerbi,  
Ad te confugio, me tua dextra tegat.  
Ut fiant tibi grata, colam Deus ut tua iussa,  
Spiritus ille bonus me tuus usq; regat.  
Viuifica recreaq; tui me propter honorem,  
Nominis, ac animam hanc eripe mille malis.  
Et quia tu iustus Deus es, ne parce malignis,  
Qui famulum oppugnant nocte dieq; tuum.*

PSALMVS CXLIIII.

Benedictus Dominus Deus meus, &c.

**P**rosequar insigni Dominũ qua laude potẽtem?  
Qui docet in bello has vincere posse manus.

N n 3

Qui

Qui mihi praesidium, defensor, turris, asylum,  
Qui facit, ut populus me reuerenter amet.  
Nunquid enim tanto est mortalis dignus honore?  
Num decus hoc hominem promeruisse putem.  
Quin vitâ ipsa hominis video nil vanius esse,  
Tempore nam paruo transit, ut umbra leuis.  
Inclina caelum ergo tuum, & descende, Iehoua,  
Montibus ut tactis, humida fumet humus.  
Castra inimica tuo mox discute fulmine misso,  
Impiaq; his telis agmina pelle procul.  
Fluctibus oppressum violentis liberet, ac me  
Hostili eripiat vi, tua dextra, Deus.  
Erue me à linguis, quas dogmata spargere falsa,  
Erue me à manibus, quas docuisse iuuat.  
Tunc tibi lata feram decachordo carmina suauis,  
Et cithara landes tunc resonabo tuas.  
Regibus in bello qui das & pace salutem,  
Nulla nocere hostis qui mihi tela sinis:  
Me serua ereptum gladiis hostilibus horum,  
Quorum est lingua dolis plena, cruore manus.  
Qui dicunt: crescant nati ceu plantula nostri,  
Natarum superet regia tecta nitor,

Hor-

*Horrea nostra noua & veteri sint frugē referta,  
Et pecudes tenera vellerā multa ferant.  
Mille boum nobis veniant ad aratra labores,  
In nostra maneat pax diuturna domo.  
Felicem dicunt populum, cui sunt bona tanta:  
At magis est felix gens pia, cara Deo.*

PSALMVS CXLV.

Exaltabo te, Deus meus, &c.

**T**E laudabo meum Regemq<sup>3</sup> Deumq<sup>3</sup>, Iehoua,  
Te nomenq<sup>3</sup> tuum concelebrabo pie.  
Grata Deo assidua praconia voce sonabo,  
Et praclarā Dei nomina laude veham.  
Est magnus Dominus, bonitas est summa Iehoua,  
Quam satis effari nulla loquela potest.  
Virtutem Domini narrabunt secla futura,  
Posteritasq<sup>3</sup> canet fortia facta Dei.  
Magnificam maiestatem memorabo Iehoua,  
Ne miracula dies nesciat vlla Dei.  
Diuina vt celebrent homines opera inclyta dex-  
Huius & vt fiat gloria nota magis. (tra,  
Vt

Ut manifesta tua sit laus bonitatis ubiq,  
Iusticia ut vigeat fama, Jehoua, tue.  
Quanta tua est pietas, clementia, gratia? quantum  
Qua tua sunt equi iura fauoris habent?  
Omnibus es miseris ignoscere promptus, ad iram  
Tardior, & parcis das veniamq, piis.  
Talem te ostendunt opera omnia, tam placidum te,  
Tamq, bonum sanctus predicat esse chorus.  
Sanctorum ille tuus cœtus tua robora, vires,  
Ornamenta, tuum predicat omne decus.  
Ut videat totus sit quanta potentia mundus,  
Quantaq, sit regni gloria, Ioua, tui.  
Imperium Domini tempus durabit in omne,  
Et finem regnum nescit habere tuum.  
Sustentans Dominus titubantes, robore firmat,  
Collapsos omnes erigit atq, leuat.  
Te, Deus, expectant, ad te sua lumina vertunt  
Omnia, quemq, suo ut tempore mitis alas.  
His tua larga manus tribuit bonitate paterna,  
Quæ pascant, saturent exhilarentq, dapes.  
Iustæ sunt Domini viæ ut omnes: ille benignus  
Sic opere & facto quolibet esse solet.

En

*En prope adest cunctis Deus implorantibus ipsum,  
Et veras praesens audit ubique preces.  
Et quaecumque petet pietas, ea, dante Iehoua,  
Accipiet, sancti, quae voluere, ferent.  
Ut quicumque colunt Dominum, hos amat atque tue-  
Sic poenis meritis afficit ipse malos. (tur:  
Ore meo in terra laudes celebrabo Iehoua,  
Perpetuo mecum quas canat omnis homo.*

PSALMVS CXLVI.

*Lauda anima mea Dominum, &c.*

**E***Vge mei cordis penetralia, tollite summis  
Laudibus euge Deum.  
Laude mea Dominum, donec mihi vita manebit,  
Concelebrabo mea.  
Non in principibus spem ponite, fallit eorum  
Auxilium atque fides.  
Sunt homines etenim morituri, spiritus horum  
Vitaque fluxa fugit.  
Corpus ubi in terram rediit, studium perit omne,  
Consiliumque viri.*

O o

Feli-

*Felicem, quicumq; sui spes collocat omnes  
Auxilii in Domino.  
Cuius dextra potens terram, mare, sydera fecit,  
Est fideiq; tenax.  
Vindicat iniuste qui pressos: pallido egentum,  
Pellit & ore famem.  
Liberat & captos duro de carcere, cæcis  
Lumina restituens.  
Subleuat & lapsos, & humi erigit ipse iacentes,  
Diligit ipse pios.  
Solatur viduas, peregrinos seruat & orbos,  
Destruit & reprobos.  
Perpetuò Dominus regnabit in arce Sionis,  
Et Deus vnus erit.*

PSALMVS CXLVII.

Laudate Dominum, quoniam &c.

*C*oncine, sacra cohors, Dño, pia gaudia, iusto,  
Nam quid laude Dei iustius esse potest?  
Quot benefacta vides, Domino tot iubila funde,  
Pulcrius hoc nihil est, dulcius atq; nihil.

*Qui*

Qui nūc instaurans Solymas pulcrā extruit ur-  
Qui profugos populi colligit ipse sui. (bem,  
Pectora qui recreat, quae cura dolorq; fatigat,  
Quiq; sua sanat vulnera cordis ope.  
Singula qui numerans excelsi sidera caeli,  
Nominibus propriis illa vocare potens.  
Noster hic est Dominus praclaro robore cinctus,  
Rex sapiens, nutu cuncta creata tenens.  
Subleuat oppressos, mansuetos euehit idem,  
Opprimit & trudit tartara ad ima malos.  
Alternis vicibus, praconia dicite grata,  
In citharis Domino suauē sonate melos.  
Qui caelo inducit nubes, demittat ut imbres,  
Qui pluuiis spargit gramen, & arua rigat.  
Quotidie pecori qui pabula larga ministrat,  
Qui coruum implumem vestit, alitq; cibo.  
Non hunc acris equi delectat robur in armis,  
Grata nec huic virtus militis esse solet.  
His fauet hosq; probat Dominus, quicumq; timētes  
Ipsum non dubia speq; fideq; colunt.  
Vrbs Solyma, haud cesses nona cantica ferre leho-  
Concinat assidua laude Deumq; Sion. (ua,

O o 2 Quan-



Quando tuas portas fidus communit & arcem,  
Quando auget variis teq; tuosq; bonis.  
Pace tuos fines quando & tua mœnia munit,  
Et tritici optata te bene messe beat.  
Quando suum eloquiũ terras ita mittit in omnes,  
Ut properent celeri haud irrita iussa gradu.  
Quãdo niuem spargit super agros, velleris instar,  
Cum facit, ut cineris more pruina cadat.  
Cum venas glacie astringens connectit aquarum,  
Nemo gelu queat hoc ut tolerare diu.  
Cumq; suo nutu glaciem mollescere cogit,  
Flante alio vento, vult & ut vnda fluat.  
Sunt opera hæc Domini, sua qui promissa Jacobo,  
Quiq; Israël, sacra statuta docet.  
Non ulli populo talem se ostendit amicum,  
Nec notas leges gentibus esse finit.

PSALMVS CXLVIII.

Laudate Dominum de cœlis, &c.

**C**Oeli & cœlicola Domino noua munera laudũ  
Ferte, sacros hymnos, præconia debita, dulcis  
Car-

Carminis omne genus, gratanti fundite voce,  
Atq; piis linguis Hosanna huic dicite Regi,  
Angelici cœtus, & nuncia turba, ministri,  
Ante Dei faciem stantes, exercitus omnis,  
Siderei excubiis qui mœnia cingit olympi,  
Laudibus æternis celebret supra astra sedentem.  
Fulgida fax solis, clarum decus ætheris alti,  
Candida Luna decus terrarum, splendida nocte,  
Astra poli mirè celfo radiantia cœlo,  
Se laudis debere Deo fateantur honorem.  
Cœli æcelorum, tum quicquid in æthere degit,  
Ignea convexi quicquid vis continet orbis,  
Ac superinducto suspensa in fornice nubes,  
Eia agite unanimes Domini celebretis honores.  
Omnia quæ dixi, laudes celebrate Jehouæ,  
Quod iubet ille statim, promptus quoq; perficit idē,  
Ille opifex verbo nutuq; hac cuncta creavit,  
Cuncta creata suo qui numine dirigit & vult,  
Sic ea perpetuos stabilita manere per annos.  
Huic grates agite, huic laudum pia munera ferte,  
Quotquot & in terris animantia viuitis, inq;  
Gurgitibus pelagi, stagnis, pluuiisq; profundis.

O o 3      Omni-

Omnibus eia modis, praconia ferte Iehoua.  
Ignis, flamma, niues cum frigore, grando, pruina,  
Ros, glacies, nimbi, tempestas, fulgura, venti,  
Et vapor exhalans, cum turbine, cumq; procella,  
Laudibus eximiis extollite numina sancta.  
Aerii montes, iuga proxima nubibus ipsis,  
Colles & valles, cum syluis arboribusq;  
Cantica ferte Deo, praconia dicite Ioua,  
Fructiferis cedri cum stirpibus & nemus omne,  
Vosq; fera in nemorum latebris et aues pecudesq;  
Jumenta, insecta, & repentia cuncta, volantum,  
Omne genus, quicquid serpit, graditurue natatur,  
In terris, in aquis, & in aëre, iubila fundat.  
Reges atq; duces, Heroës, vosq; Monarchæ:  
Et cum principibus, comitum decus atq; Baronū,  
Cum populo consul, cum plebe suaq; senatus,  
Laudantes Dominū celebrent cantentq; Iehouam:  
Virgo, puer, iuuenis, matrona, puella, maritus,  
Cum pare quisq; sua, premit & quos serior ætas,  
Iam letho propior, pulsus melioribus annis,  
Grata Deo studeant laudum noua carmina ferre.  
Deniq; quæ Domini tam fortis dextra creauit,  
Cuncta

*Cuncta creatoris celebrent super omnia nomen,  
Quod solum sublime, procul supereminet omnes  
Cælorum, & terra, pelagi, finesq; profundi.  
Huic soli debetur honos, qui nobile regnum,  
Atq; sui cornu populi euehit, undiq; firmans  
Robore: quas laudes semper sonet Isacidarum,  
Incluta posteritas, quam diligit ipse Iehoua.  
Eia Deo grates sint, musica, iubila, plausus.*

PSALMVS CXLIX.

Cantate Domino canticum &c.

*L* Aus, honos & gloria  
Sit Deo, fœtus noui  
Huic sacretur carminis.  
Hunc sono per iubila,  
Prædicet cohors sacra:  
Conditore gaudeat  
Israëlis gens Deo.  
Et Sionis paruuli  
Rege gaudeant suo.  
Eius & nomen canant

In

In choreis, buccinis,  
Tympanisq; bellicis.  
Sic enim Deo placet  
Natio concreta.  
Namq; egenos subleuat,  
Et misellos adiuuat.  
Tum lubens ad sidera  
Erigat pius manus.  
Et celebret gloria  
In cubilibus suis.  
Euehat nunc carmine,  
Atq; laudes splendidas  
Fundat ille gutture.  
Ensis eius in manu  
Sit biceps, ut Ethnicos  
Vindicet pro debito,  
Atq; possit principum,  
Hic catenis omnium  
Dura colla neqtere,  
Et malos iussu Dei  
Dedere ad pœnas graues,

Quod

*Quod pio laudabilem,  
Procreabit gloriam.*

PSALMVS CL.

Laudate Dominum in sanctis eius, &c.

**F**erte sonos Domino suaues, cantate Jehoua  
Ore pio cuncti, quos modò mundus habet.  
Sanctus enim fulget, solioq<sup>2</sup> locatus in alto  
Nos beat & ditat, pro bonitate sua.  
Dicite leta Deo memori præconia versu,  
Qui sedet ætherea Rector in arce potens.  
Virtutem eximiam celebretis laude Iehoua,  
Egregio ornantes carmine facta Dei.  
Conditor hic hominum, cæli terraq<sup>2</sup> marisq<sup>2</sup>,  
Huic suauis laudum munera fertetono.  
Tu tuba bellatrix taratantara redde tremendum,  
Tu Domino laudes, quas potes, ipsa refer.  
Huicq<sup>2</sup> sonent laudes psalteria grata, sonentq<sup>2</sup>  
Cum citharis blandis nil nisi dulce lyræ.  
Tympana pulsentur choreas imitantia festas,  
Laude Deum chorus & tibia iuncta vehant.


Pp Cor-

*Cornua curua sonent & suauē canentiā chordis  
Organa tacta suis, fistulaq; apta choris.  
Cymbala præclaras tinnitu fundite laudes,  
Clangite dulcisonum, voce canente, melos.  
Deniq; diuino spirantiā munera cuncta  
Vna voce canant iubila leta DEO.*


F I N I S.




Smalcaldiæ Michael Schmuck  
imprimebat. M. D. XCIII.









*Faint, illegible signature or stamp, possibly in cursive script.*



